(1) Un fragment de cet acte a été mis au jour par BUZELIN (*Gallo-Flandria*, p. 532). M. WAUTERS (*Table chronologique*, etc., t. VII, p. 131) l'a analysé d'après un prospectus de quelques pages annonçant la publication d'un *Cartulaire du Nord*, par DESPLANQUES; mais ce recueil n'a jamais paru.

(2) Balderic est très sobre de détails sur la mort de Gautier, châtelain de Cambrai. Elle est racontée comme suit dans les *Annales Elnonenses majores*: « Anno ab incarnatione Domini M°XLI°, Galterus, Cameracensis castellanus, ad januam ecclesie Sancte Marie, dum oraret, interfectus est. Tamen, antequam debitum morti persolvisset, quod injuste fecerat Deo et sancte Marie atque episcopo ecclesie voluit emendare. Episcopo autem renuente quod optulit,

fin de son gouvernement, comme on le verra plus loin, il consigna par écrit la relation de diverses donations faites au monastère, à l'effet, dit-il, de mettre ainsi un obstacle à la rapacité des usurpateurs des biens destinés aux serviteurs de Dieu.

1033.

1033 DOA, FEMME DE CONDITION LIBRE, SE DONNE EN SERVITUDE AVEC SA POSTÉRITÉ A SAINT AMAND (De Doa).

Premier cartulaire de l'abbaye de Saint-Amand, pièce n° 70, fol. 38 r°. — *Copie figurée, ms. nouv. lat.*, n° 1219, p. 86. — *Collection Moreau*, t. XXII, p. 30, *copie de Dom Queinsert, d'après l'original.*

Summa ingenuitas ista est in qua servitus Christi comprobatur. Hoc sciens, ego Doa, cum secundum seculi dignitatem ex ingenuis parentibus essem progenita, spontanea voluntate, libera manu, me et omnem posteritatem meam habendam perpetuoque possidendam sancto Amando ad altare ipsius in servitutem tradidi, sub presentia venerabilis abbatis Malbodi et fratrum ejusdem monasterii et plurimorum clericorum et laicorum. Hunc autem modum legis vel servitutis michi meisque posteris indidi ut singuli, sive vir, sive mulier, singulis annis, pro censu capitali, duos tantum denarios ad altare ipsius sancti, ad speciales usus ecclesie, persolvamus pro salute animarum nostrarum, et deinceps ab omni mundana lege et advocatione liberi ac securi permaneamus Si quis vero posteritati mee aliquam injuriam inde inferre voluerit, defensionem ab ipso sancto Amando necnon ab abbate loci requirat et semper habeat. Quod quia notum est presentibus, nichilominus hac carta propalante notificare decrevi futuris fidelibus. Insuper predictus abbas Malbodus et fratres loci omnes quicumque nos a servitio sancti Amandi subtrahere temptarent vel mundana

advocatione gravarent excommunicaverunt, et cum diabolo et angelis ejus eternaliter damnandos addixerunt. Actum Elnone monasterio, anno Domini M° XXXIII°, regnante Henrico rege Francorum, Balduino honeste barbe comite Flandrentium, Hugone episcopo Tornacensium, presentibus itaque bonis viris et idoneis testibus, quorum nomina subter annotari fecimus. Signum Fulquini. S. Lamberti, custodis. S. Rollandi, prepositi. S. Herchenbaldi. S. Elgeri, cantoris. S. Hunaldi. S. Gerulphi. S. Gunteri. S. Walberti. S. Aleni. 1033

1041.

Donation de biens a Bracheux et a Vitry, faite a l'abbaye de Saint-Amand par Ermentrude, veuve de Gautier, chatelain de Cambrai (Donatio Ermentrudis de Braceolo) (1). 1041

Premier cartulaire de l'abbaye de Saint-Amand, fol 38. — *Copie figurée, ms. nouv. lat.*, n° 1220, p. 357. — *Collection Moreau*, t. XXIII, fol. 107.

In nomine summe et individue Trinitatis. Ego Ermentrudis, relicta Gualteri, notum volo fore omni future posteritati quod dominus meus, idem Gualterus (2), invita sua societati se copu-

(1) Un fragment de cet acte a été mis au jour par Buzelin (*Gallo-Flandria*, p. 532). M. Wauters (*Table chronologique*, etc., t. VII, p. 131) l'a analysé d'après un prospectus de quelques pages annonçant la publication d'un *Cartulaire du Nord*, par Desplanques; mais ce recueil n'a jamais paru.

(2) Balderic est très sobre de détails sur la mort de Gautier, châtelain de Cambrai. Elle est racontée comme suit dans les *Annales Elnonenses majores*: « Anno ab incarnatione Domini M°XLI°, Gal- » terus, Cameracensis castellanus, ad januam ecclesie Sancte Marie, » dum oraret, interfectus est. Tamen, antequam debitum morti per- » solvisset, quod injuste fecerat Deo et sancte Marie atque episcopo » ecclesie voluit emendare. Episcopo autem renuente quod optulit,

1061 adversus auras contra Deum insanientium qui hodieque multiplicati sunt super numerum, hoc quasi turris in alto fundate sit munimentum. Quapropter ego Malbaldus, licet beati Amandi servorum minimus tamen abbas solo nomine dictus, notum esse volo tam presentibus quam et subsequentibus que in regione Bracbanti ad elemosinam beati A[mandi] stabilivimus.

Walcherus igitur quidam vir nobilis alodium de Speluco (1), pro anima sua, tradidit beato Amando, unde et in monasterio ipsius requiescit sepultus, et a fratribus nostris Deo commendatur anima ipsius. Quod videlicet alodium domnus abbas Ratbodus (2) dedit cuidam Engelberto in beneficium propter advocationem contra malefactores faciendam. Postea id ipsum alodium dedimus in beneficium filio ipsius Ascherico, et postea ab ipso ex bono sancti Amandi redemimus, tali scilicet ratione ut duos denariorum solidos, in festivitate sancti A[mandi] que est in octobri, ei solvamus et deinde ipsa terra ab omni lege beato Amando franca remaneat. Huic conventioni interfuerunt Gonterus et Gerricus frater ejus, atque Gotsellus.

Ecclesia Malbradii (3) solida et quieta est sancti Amandi. Ermennardus, Guazelinus et Ricardus quicquid habuerunt in terra et in silva tradiderunt beato Amando propter prebendam

---

(1) Ancienne dépendance de Wasmes ou de Braffe (arrondissement de Tournai, canton de Péruwelz). Vers 1130, Absalon, abbé de Saint-Amand, concède à l'abbaye de Saint-Médard ou de Saint-Nicolas-des-Prés, « *mansum terre in pago Bracbantinse, penes locum* » *qui vocatur Speluz* ». (Vos, *Cartulaire de l'abbaye de Saint-Médard ou de Saint-Nicolas-des-Prés*, t. I, p. 12.) Dans ce cartulaire, le document figure sous la rubrique « *de curte de Boucegnies* » ; or Bouchegnies était une ferme de l'abbaye à Wasmes-Briffœul. Un acte de 1269 cite un Jean de Pelut. (*Ibidem*, p. 342.)

(2) L'abbé Ratbode gouverna l'abbaye de 996 à 1013.

(3) Maubray, arrondissement de Tournai, canton d'Antoing.

ipsius habendam Samuel quoque et Gonterus frater ejus suum 1061
alodium tradiderunt sancto A[mando] super altare ipsius, ea videlicet lege ut unoquoque anno, in festivitate ipsius que est in februario, nu denarios in vita sua persolvant, et post decessum
5 illorum solidum sancto Amando remaneat. Engrannus frater illorum suam ex ipso alodio partem vendidit sancto A[mando], Auffridus et Guidricus suam partem ex ipso alodio dederunt in vadium sancto A[mando] propter duodecim solidos Quinque partes ex alodio Uzelini emimus ad opus sancti Amandi.

10 Alodium de Balgiis (1) est sancti Amandi ex parte Wadzelini, et de ipso vestituras habet sanctus A[mandus]. Fruvinus suum alodium habet vadiatum sancto A[mando] propter duas libras.

De tribus curtibus apud Vesonium (2) sunt due sancti A[mandi], et de tercia curti tres partes. Alodium Widrici filii
15 Burcardi habet sanctus A[mandus] in vadium propter quinquaginta solidos.

In Calanella (3) emimus unum curtile triginta solidis, super quod habet sanctus A[mandus] unam cambam.

Sire-pratum (4) in vadio habemus propter duas libras. Cur-
20 tile Engelwardi similiter in vadio possidemus propter duas libras. Alodium Richeldis in vadio tenemus propter sex libras et duodecim solidos ad viginti marcos meri argenti, nobis ab ea dum redemerit reddendos. Gisla quedam Dei famula dotalitium suum, quod ex parte conjugis sui Hetzelini habebat, unde dotata
25 fuerat ante patrem suum Gualterum, astantibus Adelardo,

---

(1) Bailly, hameau de Saint-Sauveur, arrondissement de Tournai, canton de Frasnes lez-Buissenal. Le nom de Saint-Sauveur apparaît peu de temps après dans l'histoire de l'abbaye; voir *Acta sanctorum Belgii*, t. IV, p. 285.

30 (2) Vezon, arrondissement de Tournai, canton de Péruwelz.

(3) Callenelle, arrondissement de Tournai, canton de Péruwelz.

(4) Lieu inconnu.

1061 Gerulfo atque Tietmaro, tam propter prebendam beati A[mandi] quam propter salutem anime sue, sancto A[mando] propter viginti marcas meri argenti infra decem annos solvendas, in vadium, veridicis viris coram astantibus, dedidit, Gotselino scilicet, Sihero, Werimundo, Fastrado et aliis quam plurimis. Hanc autem supradicte matrone traditionem litteris mandavimus, jubente comite Balduino de Monte Castriloco, immo suadente fratre nostro Azelino, circumstantibus ingenuis viris Ysaac et Eustacio. De cetero vadium quod Werimundo in pratis dederat ad viginti annos, de quibus jam sex transierunt, dedit ipsa matrona beato A[mando] ad redimendum propter triginta octo solidos. Filius quoque ipsius Engelberti, propter remedium sui veniens ad conversionem in monasterium sancti A[mandi], alodium suum, quod habebat ultra plancam Vesencelli (1), in silva et terra et hospitibus totum beato A[mando] tradidit. Hoc igitur bonum, quod hic annumeravimus, ad elemosinam beati A[mandi] in servicium pauperum Christi determinavimus, et ex parte Dei et sancti A[mandi] atque omnium sanctorum interdicimus ne quis ex ipso bono tortitudinem facere presumat; et, si fecerit, ego frater Malboldus et fratres nostri, ex auctoritate patris ei filii et spiritus sancti, a consortio sanctorum et christianorum hominum separamus.

Due quoque partes Glancinii (2) et unum quartarium prati de Sire-prato est alodium sancti A[mandi], quod similiter ad elemosinam ipsius determinavimus. Anno Domini hec astipulatio facta est M. LXI., concurrente septima, epacta vigesima sexta.

---

(1) Vezonchaus, dépendance de Maubray.

(2) Glançon? Il existait, au XIIIe siècle, un bois de ce nom entre Valenciennes et Tournai. (J. de Guyse, t. XIV, p. 330.)

Vers 1061 (1).

L'ABBÉ MALBODE RELATE DIVERSES LIBÉRALITÉS FAITES, DE SON TEMPS, A L'ABBAYE DE SAINT-AMAND. (Instrumentum Malbodi abbatis de pluribus elemosinis.) Vers 1061

5 *Premier cartulaire de l'abbaye de Saint-Amand*, pièce n° 164, fol. 109 v°. — *Copie figurée, ms. nouv. lat.* 1219, p. 187.

In nomine domini nostri Jhesu Christi. Que operamur debemus operari. Undique secus adversus ecclesiam Dei rabidi insurgunt canes, malicie sue morsu attrectantes. Nam
10 quicquid fideles, loca sanctorum construentes, pro suarum lucro animarum in usum Deo servientium deputavere, hoc malivoli quique ecclesias inhianter depopulantes sibi conantur diripere. Unde ab antiquis salubre repertum est consilium, ut ea que a religiosis quibusque ad loca traduntur sanc-
15 torum, qualiter vel a quibus tradantur, per kartam et atramentum notitie mandetur posterorum, quatinus contra inhiantium fauces firmum habeatur propugnaculum, ne suis moliantur addere prediis sive familiis que coram bone memorie seu honeste fame testibus collata sunt in utilitatem
20 Dei fidelium Quocirca ego frater Malboldus, abbatum ultimus, talia cavens et mala in die conspiciens augmenta sui capere, decrevi apicum notamine, ad agnitionem futurorum, beneficia mittere que sancto Amando nostro tradita sint tempore, pigrum ducens et incommodum ea inerti otio tradi aut
25 incurie.

---

(1) Malbode étant mort en 1063 et la dernière des trois donations ici énumérées étant de 1049-1056, la présente relation se place ainsi entre 1049 et 1063. Elle est vraisemblablement antérieure à l'acte de 1062 qui suit, sinon l'abbé Malbode eût mentionné ce dernier avec les autres.

Vers 1061 Gotsuinus Tornacensis quicquid habuit in villa que Monticulus (1) noncupatur sancto Amando visus est condonasse. Witricus quoque, cum Blithelde sorore illius sibi desponsata, post ejus excessum ad ipsius sancti tradidit altare, idoneis testibus in ipsa adhibitis traditione, Valtero, Hugone, Gotselino, Witrico, Bosone, Gottero, Oberto, Engelgoto Facta est autem hec traditio Henrico imperante, Gerardo pontifice (2).

Villam quam dicunt Lurcium (3) in beneficio ex comite Balduino Eustachius comes et quidam miles Rainerus possidebant. Hanc, voluntate atque rogatu ipsius ex quo tenebant, ab ipsis accepimus, dantes pro ipsa quicquid in Hordenio (4) atque Blathericorte (5) necnon et Sugoniscorte (6) tenebamus. Testes etiam sunt adhibiti, qui ipso in tempore huic interfuere commutationi simul et traditioni. Signum Walteri. S. Hugonis. Item S. Hugonis. S. Rotberti S. Arnulfi. S. Weremfridi. S. Anselmi (7).

In pago Cameracensi, post Walteri decessum, tradidit Ermentrudis uxor ipsius, ob ejus anime redemptionem, sancto Amando vicum quem vulgari locutione nominamus Braciolum (8). Hujus rei testes affuerunt quorum nomina in presen-

---

(1) Monchaux (France), arrondissement et canton de Valenciennes.

(2) Henri III régna de 1039 à 1056 et Gérard fut évêque de Cambrai de 1013 à 1048. La donation se place donc entre 1039 et 1048.

(3) Lourches (France), arrondissement de Valenciennes, canton de Bouchain.

(4) Hordain (France), arrondissement de Valenciennes, canton de Bouchain.

(5) Blécourt (?), arrondissement et canton de Cambrai.

(6) Sancourt (?), arrondissement et canton de Cambrai.

(7) Comme l'auteur de la relation va l'énoncer plus bas, cette donation fut faite sous le règne de Henri, roi de France (1031-1060).

(8) Bracheux. Il s'agit de la donation de 1041 que nous avons publiée plus haut.

tiarum voluimus subtitulare. Signum Helgoti. S. Rotberti. Vers 1061
S. Hugonis. S. Hunonis. S. Tietzonis. S. Ragineri. S. Heriberti.
S. Balduini. S. Arnulfi. Facta est hec traditio Lurcii scilicet
atque Bracioli Elnone, monasterio sancti Amandi prelibato,
5 antistite Henrico Franciam gubernante.

Tres etiam sorores Gysla, Liegardis, Ermentrudis, annuentibus maritis earum Stephano, Tietbaldo et Lietduino, quicquid predii in Haltiaco (1) jure hereditario videbantur possidere, fratri suo Adoni et uni maritorum, Stephano scilicet,
10 coram idoneis testibus, Balduino, Winemaro, Adalardo et filio ejus Adalardo, Waltero, Gontero, in fidei manus tradidere, ut ipsi, Elnonense adeuntes monasterium, illud sancto Amando non differrent tradere. Quod juxta petitionem earum fideliter adimplentes, adhibuerunt secum huic traditioni nobilis pro-
15 sapie testes. Signum Balduini advocati. S. Rotgeri. S. Winemari. S. Amulrici. S. Gerulfi. S. Gotberti. S. Ragineri. S. alterius Ragineri. Que traditio facta est Elnone monasterio super altare sancti Amandi, Henrico imperante, Lietberto pontificium cathedre Cameracensis amministrante (2). Ubi Ado quoque
20 memoratus suam ipsius alodii partem eidem sancto contradidit.

Hec universa a possessoribus suis tradita omnis noverit posteritas, ea conditionis santione, ut immunia permaneant ab omni secularium judicum potestate; et si quis forte ex hac
25 lege in aliam ea violenti commutaverit tortitudine, hic, a nobis anathematizatus, Dei pro ipsa sui malitia expectet judicium terribile.

---

(1) Haussy (France), arrondissement de Cambrai, canton de Solesmes.

30 (2) L'empereur Henri, comme on l'a vu, régna de 1039 à 1056; Liebert fut évêque de Cambrai de 1049 à 1076. La donation remonte donc aux années 1049-1056.

1062.

1062 HELGER ET SA FEMME BERTHE DONNENT EN AUMÔNE A L'ABBAYE DE SAINT-AMAND DIVERS BIENS, SPÉCIALEMENT A FLINES LEZ-MORTAGNE. (Elemosina Helgeri et Berte uxoris ejus.)

Premier cartulaire de l'abbaye de Saint-Amand, fol. 108 r°. — *Copie figurée, ms. nouv. lat.* n° 1219, p. 185.

Quoniam inter orthodoxe fidei cultores nonnulli reperiuntur qui, contra eandem fidem agentes, moribus quoque et actionibus contradicentes, voce tantum fatentur, ab antiquis patribus traditum nobis habetur, ut quicquid a bonis ecclesie cultoribus in alimoniam monasterii conferjur, sequentibus sub nomine veracium testium notificetur. Unde hodieque mos increbuit ut quicquid alodii Deo in ecclesia deservientibus traditur, posteris per cartam et atramentum debeat mandari; quatinus contra seva jacula dibaccantium sive linguas latrantium firmissimi sit causa obstaculi, ne quod veri christicole Deo contulerunt pro redemptione sui, insanientes pseudo christiani sinantur depredari. Unde hoc epilogo manifestare tam presentium quam et subsequentium volumus notitie, quomodo quendam Elegerum cum sua uxore Berta nobilis prosapie voluerit Dominus visitare, faciens eos forte in fecunditate virtutum humane stirpis sobole infecundos permanere. Qui nullum ginnentes[a] fructum ex se quem haberent heredem sui relinquere, sapienti usi consilio, heredem adepti sunt sanctum Amandum qui eis provideat hereditatem incorruptibilis vite. Igitur quod ad vitam monacorum ejus de suo infrageris[b] reliquere, in presentiarum habemus subnotare : in terra Lietzelini jacent VII bonaria; inter culturam Frawere et Balteri fossam VI; in

a. pour gementes?

b. Sic. Le texte de l'acte, mal lu par le copiste du cartulaire, portait sans doute : irrefragabiliter eis.

Pancimonte x et quarta pars unius; in terra Hermari III; in 1082
Andelmari sarto II et unum dimidium; in Folmari sarto III et
unum dimidium; in Carneto II; in terra Geroldi I; de terra
que est juxta Plicatorium II; ad hoc ortus Everardi et ortus
5 Erchiardi; in Felinis (1) VII bonaria prati et dimidium. In saltu,
et in pratis, et in pascuis, et in vastitate dat Elgerus cum sua
uxore sancto Amando quicquid in his locis habuit, ita liberum
sicut ipse in sua vita tenuit; talique ratione hoc determinavit
atque a patre monasterii seu a monachis petiit determinari,
10 ne quisquam, sive pro censu solvendo seu aliqua qualicumque
occasione, cuiquam sive laico sive etiam clerico velit largiri,
sed semper custodiatur ad prebendam monacorum sancti
Amandi. Si quis vero adversus hoc decretum rabiem malesuasc
mentis presumpserit temerario ausu commovere, huic epis-
15 copus, abbas quoque, cum omni congregatione anathema
imprecatur concordi voce; ei etiam qui preter ipsum abbatem
videlicet super quicquam horum statuerit sive iniqua mente
decreverit dominum advocationis attrectare. Preterea famulos
famulasque adhibuit, quorum quarumque nomina presens
20 cartula nunc exprimit: Raincrum, Amulricum, Hermarum,
Walterum, Heldacum, Ramelinum, Fremboldum, Heliam,
Fastadam, Helduidem, quorum unusquisque pro respectu
capitis sui debet duos denarios, pro licentia III, de mortua
manu VI, pro quo VI, tantum dum advixit, per singulos annos
25 ipse Elgerus propria manu persolvit. Hec traditio alodii sive
familiarum facta est in monasterio sancti Amandi, sub die
kalendarum aprilis, coram testibus quorum nomina infra
conscripta tenentur. Signum Gonteri. S. Herimanni S. Gerrici.
S. Adalardi et filii ejus Gonteri S. Hugonis. S. Olboldi. S Frorici.
30 S. Walcheri. S. Machelini S. Heribrandi. S. Ricouardi fratris

---

(1) Flines lez-Mortagne (France), arrondissement de Valenciennes, canton de Saint-Amand.

1062 ipsius Elgeri, qui et ipse absque ulla contradictione audivit et vidit Et tercio nonas aprilis, cum ipso et cum istis testibus et aliis quamplurimis, ivit idem Elgerus ipsum alodium metiri. Acta sunt hec anno ab incarnatione Domini M°LXII, indictione xv, epacta vii, concurrente i, Balduino comite Flandrentium, ipso quoque procuratore Philippi pueri, regis Francorum, Lietberto autem episcopo Cameracensi ad cujus dyocesim territorium respicit hujus alodii, Balduino vero Noviomensi intra cujus parrochiam ipsa consistit abbatia Helnonensis monasterii. Huic etiam chorus monacorum applicitus est, testimonio quorum aliquantos hoc subnotavimus titulo. Signum abbatis Malboldi. S. Fulquini notarii. S. Fulcardi cognomento Lamberti. S. Alwoldi. S. Ispanii prepositi cognomento Benedicti. S. Olberti. S. Gerrici. S. Gontardi. S. Otberti. S. Wirici. S. Bovonis. Nolumus autem id utique sequens lateat eum, quod matrona nobilis, Weneheldis nomine, mater scilicet prelibatorum Elgeri et Riquardi, duo bunaria terre, duos etiam ortos, adhuc vivens tradidit sancto Amando monachis quoque ipsius in jam dicto vico Felinarum. Nec illud quoque consilium est nihili pendi silentio, neque taceri in hoc cartule testimonio, quod avunculus illorum Gotrannus eidem sancto duos ortos cum familiis reliquit in ipso vico. Hec sunt vero nomina familiarum : Everardus, Mainerus, Witzelinus, Godefridus, Berta, Godescalcus, item Berta, qui omnes ejusdem legis sunt cujus illi supradicti quos ipse Elgerus cum predicto alodio eidem sancto Amando tradidit. Ego frater Fulquinus, jubente domno abbate Malboldo, hec denotavi.

A Malbode succéda, en 1063, l'abbé Fulcard, appelé aussi Lambert, qui régit l'abbaye jusqu'en 1076. Ce fut de son temps qu'Anselme de Ribemont donna à l'abbaye

le village d'Hertain. M. Wauters (1) a analysé l'acte d'après une copie de la collection Moreau, et il considère avec raison comme erronée la date de 1070 qui y figure. Il propose en conséquence de substituer à l'année 1070 (MLXX) celle de 1065 (MLXV), que le rédacteur du cartulaire aura mal lue dans l'original. M. Wauters n'ayant donné que quelques lignes de cette charte, nous la publions dans son entier.

1070-1065.

ANSELME DE RIBEMONT DONNE A L'ABBAYE DE SAINT-AMAND LE VILLAGE D'HERTAIN. (Anselmus de Monte Ribodi dedit ecclesie sancti Amandi Hertinium.) 1070-1065

5 *Deuxième cartulaire de l'abbaye de Saint-Amand*, fol. 90 recto. — *Copie figurée, ms. nouv. lat.*, n° 1220, p. 141. — *Collection Moreau*, t. XXIX, p. 102.

Si res nostras ad loca sanctorum et ad necessitates servorum Dei relevandas delegamus, Deum nobis retributurum non 10 dubitamus. Quapropter ego, Anselmus de Monte-Ribodi, in nomine Domini cogitans de Dei timore vel eterne retributionis mercede, ad monasterium Elnonense, quod est constructum in honore sancti Stephani prothomartiris sanctique Amandi confessoris Christi, trado villam Hertinium (2), in pago Torna- 15 censi sitam, liberam sicut hactenus ab antecessoribus meis libere tenueram; ecclesiam etiam cum casa ad nostrum domi-

(1) *Rapport à M. le Président de la Commission royale d'histoire sur des manuscrits, etc., qui se trouvent à la Bibliothèque nationale et aux Archives nationales de Paris*, p. 9; *Table chronologique, etc.*, 20 t. VII, p. 149.

(2) Hertain, arrondissement de Tournai, canton de Templeuve.

1070-1065 nicatum pertinente, et quicquid ad eandem villam pertinet, cum domibus, curtilibus, pratis, pascuis, terris cultis et incultis, atque omnibus illic conjacentibus et ad eundem locum pertinentibus; ea videlicet ratione, ut abbas et fratres jam dicti monasterii, in festo sancti Remigii, III solidos denariorum Tornacensis monete ecclesie domine nostre sancte Marie Tornacensi omni anno solvant, et sic deinceps sine exactione, sine reclamatione, sine advocatione, eam libere teneant, jure hereditario possideant, et quicquid in ea vel de ea ordinaverint et disposuerint ad utilitatem ecclesie faciant. Mancipia vero ad eundem locum pertinentia libera ab omni advocatione et exactione et dominio alicujus, excepto abbatis et fratrum, sicut hactenus libere tenuimus, concedimus ea lege ut, in festo sancti Remigii, quod est kalendis octobris, duos denarios pro censu capitali unusquisque persolvat; licentiam vero maritandi ab abbate vel a ministris ejus, prout eis placuerit, accipient; pro mortua manu, si uxorem duxerint non de sua lege, quicquid habuerint et possederint in jus deveniet ecclesie. Et ut hec traditio firmior sit, Agnes, mater mea, huic traditioni interfuit, laudavit et consensit, presente venerabili abbate Fulcardo, qui et Lambertus, cum ceteris fratribus; presentibus etiam viris nobilibus quorum nomina in testimonium subter annotari fecimus. S. Anselmi, hujus traditionis auctoris. S. Agnetis matris ejus. S. Ysaac. S. Christiani. S Hugonis filii ejus. S. Alardi Wascet. S. Gualteri Ciret. S. Fastradi Tornacensis. S. Gerulphi castellani. S. Gualteri de Wali. S. Herimanni prepositi. Actum Elnone monasterio, anno Verbi incarnati M. LXX, regnante rege Francorum Philippo, tenente Flandriam marchione nostro Balduino, filio Balduini barbati; presidente Noviomensi seu Tornacensi cathedre Balduino.

A la même époque, l'abbaye obtint d'Élinand, évêque de Laon, l'autel de Saint-Remi de Barizis (1).

13 février 1065.

ÉLINAND, ÉVÊQUE DE LAON, DONNE A L'ABBAYE DE SAINT-AMAND L'AUTEL DE SAINT-REMI A BARIZIS. (Elinandus, Laudunensis episcopus, dedit ecclesie sancti Amandi altare de Baresi) 1065

Premier cartulaire de l'abbaye de Saint-Amand, fol. 31. — *Copie figurée, ms. nouv. lat.*, n° 1219, p. 76. — *Collection Moreau*, t. XXVIII, p 198, *d'après l'original.* — *Collection de Picardie*, t CCXXXIII, fol. 204, *d'après l'original* — *Cartulaire de Siraut, aux Archives du royaume, à Bruxelles*, fol. 11.

In nomine sancte et individue Trinitatis, ego Elinandus, episcopus Laudunensis Quicumque fidelium in hoc laborant ne Dei cultus qui in ecclesia fit labendo deficiat, et locis ideo Deo sacratis res unde continentur et qui[a] inserviunt victiture possint, pro posse augmentant, scimus quod Deo cui servitur reddunt placita et sanctorum meritis et servientium votis juvantur, ut exonerati a peccatis percipiant de benefactis merita. Ex diversis et probatis procedunt testimonia quia, his qui promerentur preces que in ecclesia fiunt, multa dant suffragia ut qui eas sibi emunt securi esse possint de animarum redemptione ex Dei clementia. Hinc Salomon ait : redemptio anime viri divitie ejus; ille sibi ad redemptionem anime divitias parat, qui eas misericorditer, pro Dei amore, vel pauperibus erogat vel suis ecclesiis et inibi servientibus subministrat. Idcirco notum esse volo omnibus nostre ecclesie fidelibus, tam futuris quam presentibus, quod quidam abbas sancti Amandi Elnonensis cenobii,

a. sibi, *Moreau. La phrase doit avoir été mal lue sur l'original.*

(1) Barizis avait autrefois deux paroisses, Saint-Remi et Saint-Médard. L'autel de Saint-Médard fut donné à l'abbaye, en 1136, par Barthélemy, évêque de Laon. Voir MATTON, v° *Barizis.*

1065 Fulcardus nomine, cum ceteris sibi subditis fratribus, interpellavit nos suis postulationibus, poscens dari sibi ad suum locum altare sancti Remigii de ecclesia eorum que est in Barisiaco villa in perpetuum, ut absque divisione, sicut oportet de ecclesia fieri, obtinuissent totum, et per hoc considerationis solidamentum, ut memoriam mei, et predecessorum, et qui post nos succederent episcopos, agerent ipsi et posteri eorum eternaliter in postmodum, omniumque simul nostre congregationis fratrum et quicumque deinceps de nostris ex hac vita excederent, tale eis obsequium quale alicui suorum impenderent, quin etiam monachum unum propter hoc accresceerent. Nos vero, considerantes tantam petitionis eorum competentiam, annuimus illis, sed secundum institutionem canonicam, per archidiaconorum et decanorum clericorumque nostrorum consilium et coniventiam ut annuatim per vicarios eorum sacerdotes qui curam animarum susciperent et synodos inde celebrarent, exactionem quam debet ecclesia, id est circadam, scilicet solidum unum et ...[a] ad jus ecclesie nostre, persolvendo deferrent. Ut igitur firmius valeret existere, hoc scriptum fieri decrevimus ac sigilli nostri signari impressione. Ego Elinandus episcopus, in capitulo sancte Laudunensis ecclesie laudavi propriaque manu confirmavi. Testes etiam in quorum presentia hoc signatum fuit ecce sunt consignati. S. Alardi decani. S. Manasses archidiaconi. S. Fulconis abbatis Sancti-Michaelis. S. Warneri precentoris. S. Herimundi, Rogeri, Tescelini, Herberti, presbyterorum. S. Werimundi, Fulberti, Odonis, et iterum Odonis, Oilrici, Wascelini, diaconorum. S. Theoderici, Haimonis, Fulcuini, Geleri, Odonis, Rotardi, Dragonis, subdiaconorum. Actum Lauduno, idus februarii, anno incarnationis dominice M° LX° V°, indictione III, epacta XI, regnante rege Philippo anno IIII, presulante episcopo anno XIII. Itemque ratum alia vice Lauduno, in sancta synodo, III nonas novembris, coram omni clero. Amen. Ego Robertus cancellarius relegi.

a. Le mot n'a été lu par aucun des copistes.

Au temps de l'abbé Fulcard (1063-1076), un différend s'était élevé entre lui et Herman, prévôt de l'abbaye, au sujet de prétentions abusives et d'exactions exercées par celui-ci à l'égard des hommes de l'abbaye à Saint-Amand. Le débat avait été jugé dans un plaid tenu par l'abbé (1); mais la querelle ne tarda pas à renaître, et elle donna lieu à un nouveau plaid sous le successeur de Fulcard (2).

1082.

L'ABBÉ BOVO, DANS UN PLAID, CONDAMNE UNE SECONDE FOIS LES USURPATIONS D'HERMAN PRÉVÔT DE SAINT-AMAND 1082

Collection Moreau, t. XXXIII, p. 114, *copie de dom Queinsert, d'après un parchemin, large de 8 pouces 7 lignes, haut de 23 pouces 4 lignes, trouvé à Saint-Amand, en 1772.*

Bovo, abbas Sancti-Amandi, et omnis sibi commissa congregatio, omnibus nunc et in futuro sancti Amandi fidelitatem servare cupientibus, gaudium summæ beatitudinis. Notum esse volo omnibus sancti Amandi fidelibus tam futuris quam præsentibus dudum fuisse placitum inter antecessorem nostrum, domnum scilicet abbatem Fulchardum, et præpositum Herimannum, de quibusdam tortitudinibus quas tunc temporis injuste faciebat infra procinctum villæ sancti Amandi, de quibus omnibus recognovit se Herimannus, præsente domno abbate Fulchardo et coram fidelibus sancti Amandi, et emendavit illi quicquid inde ante peccaverat, et abbas

(1) L'acte a été publié par MANGEART (*Catalogue des manuscrits de la bibliothèque de Valenciennes,* p. 686), et republié par WAITZ (*Urkunden zur deutschen Verfassungsgeschichte im XI und XII jahrhundert,* t. VII, p. 423).

(2) Ce second plaid, comme le premier, a été publié par MANGEART, d'après une copie très inexacte, incomplète et sans date, écrite sur le feuillet de garde d'un manuscrit de l'abbaye.

1082 victus fidelium suorum precibus recredidit illi vadium, ea scilicet ratione ut, si quando ipsas tortitudines, unde tunc placitum erat, repeteret, aut xx. l. daret, aut ministerium cum beneficio perderet. Tortitudines vero ipsas quas emendavit et de quibus se recognovit idem abbas decrevit litteris describendas, ut has cognosceret omnis posteritas; quas etiam, a nobis rursus notatas, si quis scire voluerit, subtus descriptas videre poterit. Ego enim Bovo, abbas, nostris temporibus intelligens jam dictum Herimannum de his omnibus tortitudinibus rursus incidisse, præcepi ut inde fieret placitum coram me. Statuto autem die, congregatis fidelibus nostris, rursus Herimannus de eisdem tortitudinibus coram me se recognovit, et quicquid inde peccaverat sancto Amando et michi emendavit; et ego, fidelibus nostris deprecantibus et ipso annuente, vadium illi recredidi; ea scilicet ratione ut, si amplius de omnibus his reus inveniretur, aut infra XL. dies XL l. daret, aut beneficium suum cum ministerio perderet. Decretum est autem coram me et fidelibus nostris, ipso etiam Hermanno annuente, ut hoc placitum in karta describendo posteris manifestarem et scripto et anathemate omni tempore observandum mandarem. Sunt autem he tortitudines quas Hermannus, judicio fidelium sancti Amandi, recognovit se non debere habere in villa sancti Amandi. Ad cambas sancti Amandi non accipiet cervisiam quam solebat injuste accipere, scilicet dimidium quartarum. Creditionem nullam faciet quæ damno sit hominibus villæ. Violentam precem quam vulgo vocant *tolpri*[a] nullo modo faciet *Herbans*[b] et coruuedas non faciet nisi

a. Torpri, *dans une charte de Gérard, évêque de Tournai, de l'an 1152, que nous citerons ci-après, sous un acte du comte Thierry de 1154. Du Cange, au mot* Tolpri, *renvoie à* Polpre, *qui ne fournit aucun sens acceptable.* Torpri *ne serait-il pas l'équivalent de* tortfait (torfactum), *qu'on rencontre dans des actes du moyen âge?*

b. Voir Du Cange, v° Heribannum, *service militaire ou service de corvée.*

licentia abbatis. Neque jumenta per villam violenter mutuabit, neque auferet ad ullum opus faciendum. Quercum et fagum et terram neque dabit neque vendet, sed abbas potenter et dabit et vendet; et si quis quercum sive fagum occiderit et 1082
5 præsente Herimanno abbati per legem reddiderit, Herimannus nichil habebit, excepta rectitudine sua, scilicet uno sextariorum. De justitia pontis se non intermittet, neque subtus neque supra; neque de justicia molendini, quandiu cellararius per se rectum habere poterit. De sanguine, et ictibus, et leto, et
10 manumissura nullo modo se intermittet, et nichil habebit quandiu custos per se justitiam habere poterit; neque masuarios justificabit de his que ad mansos pertinent. De terris censualibus quas tenet, censum unoquoque anno dabit, neque amplius se intromittet. De Warnerisart et de Domberiis et de
15 molendino quod est in Pevela dimidiam partem amplius sancto Amando dabit. De his omnibus recognovit se Herimannus coram fratribus nostris et coram fidelibus sancti Amandi, et promisit se ab omnibus his amplius observaturum. Nos vero, communi consilio fratrum et fidelium nostrorum, ipso
20 etiam Herimanno annuente, excommunicavimus, ex auctoritate patris et filii et spiritus sancti et sanctorum canonum, hunc qui hec que supra diximus infregerit. Primo autem placito interfuerunt hi: Fastradus, Walterus, Alulfus, Adalardus, Amulricus, Segardus, Waldricus, Rotbertus, Wizelinus, Wido,
25 Hellinus, Odradus, Wido. Secundo autem placito interfuerunt hi : Clarebaldus, Gotfridus, Gommarus, Lanfridus, Rogerus, Eurardus, Rotbertus, Odradus, Richewardus, Wido, Amulricus, Wericus, Ernulfus, Goismarus. Actum anno Domini M°LXXXII, indictione quinta.

Aux actes que nous venons de publier, nous ajouterons quelques autres documents du siècle suivant.

1105.

1105 ODON, ÉVÊQUE DE CAMBRAI, CONFIRME A L'ABBAYE DE SAINT-AMAND LA POSSESSION DE SEPT AUTELS DANS SON DIOCÈSE. (Confirmatio Odonis, Cameracensis episcopi, de septem altaribus.)

Premier cartulaire de l'abbaye de Saint-Amand, fol. 29 v°. — *Copie figurée, ms. nouv. lat.*, n° 1219, p. 72. — *Collection Moreau*, t. XLII, p. 34, *d'après le cartulaire.*

In nomine summe et individue trinitatis, patris et filii et spiritus sancti. Ego Odo, servus servorum Dei, Cameracensium humilis episcopus, omnibus Christi fidelibus tam futuris quam presentibus sic transire per bona temporalia, ut non amittant eterna. Divina institutio nos monet et ortatur ut ecclesiasticis incrementis incessanter advigilemus, et que in ecclesia contra canones tepide acta sunt canonico examine rescindamus, et que in ea autentice concreverunt canonica confirmatione eternemus. Nos igitur, per omnia canonibus consentientes, ecclesiasticam libertatem et utilitatem provehere satagimus ut nostre atque successorum nostrorum saluti provideamus. Proinde petitionem fratris nostri Hugonis, de Sancto-Amando abbatis, hortativo abbatum atque archidiaconorum ceterorumque clericorum nostrorum consilio, exaudiens, altaria que in episcopio nostro hactenus sub personatu tenuerat, scilicet altare de Nova-villa (1), et altare de Wareniaco (2), et altare de

(1) Neuville-sur-l'Escaut (France), arrondissement de Valenciennes, canton de Bouchain.

(2) Wargnies-le-Grand et Wargnies-le-Petit (France), arrondissement d'Avesnes, canton du Quesnoy.

Scalponth (1), et altare de Warchin (2), et altare de Anvinio (3), et altare de Villari (4), et altare de Herlengova (5), cum omnibus appenditiis eorum, libera et impersonata ecclesie sancti Amandi concedimus; jura tamen pontificalia in nostra et successorum nostrorum manu retinemus, ea conditione ut presbyteri, qui eisdem altaribus deservierint, ab abbate Sancti Amandi vel ab ejus legato michi atque successoribus meis ad curam animarum suscipiendam presententur, et ab eisdem nostra et ministrorum nostrorum capitula celebrentur. Ut igitur hec perpetuo munimento ecclesie prefate inconvulsa perdurent, in violatores hujus nostre auctoritatis, quoad ecclesie satisfecerint, spiritus sancti iram atque maledictionem superseminamus, atque subnotato legitimarum personarum testimonio libertatem hanc sigilli nostri impressione corroboramus. Signum domini Odonis episcopi. S. Raineri abbatis de Sancto-Sepulcro. S. Guisfridi abbatis Sancti-Andree. S. Authberti abbatis de Maricolis. S. Rodulfi archidiaconi. S. Anselmi archidiaconi. S. Theoderici archidiaconi. S. Erlebaldi prepositi Sancte-Marie. S. Johannis prepositi Sancti-Gaugerici. S. Mascelini, S. Widonis, Ricuardi, canonicorum. Actum in synodo celebrata in ecclesia Sancti-Brictii, anno Domini M.C.V., indictione XIII, anno primo presulatus domini Odonis. Ego Warinboldus cancellarius legi et subter signavi. 1105

(1) Escaupont (France), arrondissement de Valenciennes, canton de Condé.

(2) Warchin, arrondissement et canton de Tournai.

(3) Anvaing, arrondissement de Tournai, canton de Frasnes lez-Buissenal.

(4) Villers-Saint-Amand, arrondissement de Mons, canton de Chièvres.

(5) Herlinkhove, hameau d'Oultre, arrondissement d'Audenarde, canton de Ninove. — En 1115, l'abbaye fit un échange avec le comte Baudouin de Flandre : elle lui céda Herlinkhove et reçut l'alleu que possédait le prince à Testerep, ou Ostende. Voir De Smet, *Chronique de Flandre*, t. II, p. 752; voyez aussi pp. 753, 755, etc.

(1085-1107.)

1085-1107 HUGUES, ABBÉ DE SAINT-AMAND, AUTORISE LA CONSTRUCTION DE DEMEURES S'ÉTENDANT DE QUARANTE PIEDS DANS LE CIMETIÈRE ENTOURANT L'ÉGLISE DE L'ABBAYE (Hugo abbas, de mansionibus circa atrium) (1).

Premier cartulaire de l'abbaye de Saint-Amand, fol. 44. — *Copie figurée, ms. nouv. lat.,* n° 1219, p. 97. — *Collection Moreau,* t. XXXIV, p. 237, *d'après le cartulaire.*

Ego, frater Hugo, Dei miseratione humilis minister ecclesie beati Amandi, notum fieri volo tam presentibus quam futuris fidelibus quod, assensu et consilio fratrum nostrorum, intra ambitum atrii quod a meridiana plaga ecclesiam beati Amandi cingit, quibusdam hominibus nostris mansiones quadraginta pedum spatio porrectas habere concessimus, sub ea conditione ut manentes in eis censum sibi assignatum atque prescriptum, singulis annis in festivitate sancti Remigii, custodi ecclesie persolvant. Porro quando, quovis manentium decedente, redimenda erit decedentis mansio, singulis denariis qui pro censu solvuntur duodecim denarii ad redemptionem supputabuntur; et ita nec quicquam addetur nec minuetur investituris que fieri solent in redemptione aut venditione sive emptione. Nichilominus emendationes pro forisfactis intra atrium commissis solus ecclesie custos habebit. Prepositus vero monasterii sive ministerialis ville nichil inde sibi vindicabit. Statutum est etiam et firma ratione sancitum ut, in ea mansionum parte que ecclesiam respicit et muro conjungitur, nec appendicia muro inherentia faciant, neque egressum vel exitum aut quamlibet fenestram faciant, nisi forte ad hoc ut, si necessitas ingruerit, utensilia domus versus ecclesiam, intra atrium, ultra murum projiciant; sordes vero sive quisquilias domorum nequaquam aliquociens ibidem projicient.

(1) Cette concession pourrait se rapporter aussi à Hugues II, qui fut abbé de 1150 à 1168 ou 1169.

(1085-1107) (1).

IVETTE DE CRESPLAINE, FEMME DE CONDITION LIBRE, SE FAIT SERVE DE L'ABBAYE DE SAINT-AMAND AVEC TOUTE SA POSTÉRITÉ (De Iveta de Crespelainnes). 1085-1107

5 *Premier cartulaire de l'abbaye de Saint-Amand*, fol. 38. — *Copie figurée, ms. nouv. lat.*, n° 1219, p. 87. — *Collection Moreau*, t. XXXIV, p. 171, *copie de dom Queinsert d'après l'original.*

Summa ingenuitas ista est in qua servitus Christi compro-
10 batur. Hoc frequenter a spiritualibus viris audiens, ego Ivetta de Crespelenis, secundum seculi dignitatem ex ingenuis parentibus orta, libera manu me et omnem posteritatem meam habendam perpetuoque possidendam sancto Amando ad altare ipsius in servitutem tradidi, sperans me cum omni posteritate
15 mea et in hoc seculo et in futuro ejus patrocinio protegi. Hunc etiam modum legis vel servitutis mihi meisque posteris indidi, ut singuli, sive vir sive mulier, singulis annis pro censu capitali duos denarios sancto Amando persolvamus, et sic deinceps ab omni mundana lege et advocatione liberi et securi perma-
20 neamus. Quod, quia notum est presentibus, nichilominus hac carta propalante notificare decrevi futuris fidelibus. Hujus autem mee traditionis descriptionem, factam Elnone monasterio sub presentia domni Hugonis abbatis et fratrum ejusdem monasterii, idem abbas et fratres confirmaverunt, et omnes
25 quicumque nos a servitio sancti Amandi subtrahere temptarent, vel mundane advocationis jugo gravarent, excommunicaverunt, presentibus bonis viris et idoneis testibus.

---

(1) L'abbé Hugues, cité dans l'acte, régit l'abbaye de 1085 à 1107.

(2) Creplaine est un hameau de Lamain, arrondissement et canton
30 de Tournai. Un hameau du même nom existe à Camphin-en-Pévèle (France), arrondissement de Lille, canton de Cysoing.

1107.

1107 **Baudri, évêque de Noyon et de Tournai, confirme a l'abbaye de Saint-Amand la possession de dix autels situés dans son diocèse.** (Confirmatio Baldrichi Tornacensis episcopi de decem altaribus.)

Premier cartulaire de l'abbaye de Saint-Amand, fol. 25, pièce 38. — *Copie figurée, ms. nouv. lat.*, n° 1219, p. 64. — *Collection Moreau*, t. XLII, p. 225, *d'après l'original.*

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Ego Baldricus, Dei gracia Noviomensium atque Tornacensium episcopus, universis sancte matris ecclesie filiis, sic mundanas vanitates transire ut ad eterna gaudia feliciter valeant pervenire. Quoniam, karissimi, de profectu sancte matris ecclesie nostrum est gaudere, atque in vinea Domini pro mercede laboris operantibus auxilium ferre, dignum est ut quod fideles quilibet pro ipsius libertate seu multiplicatione devote postulaverint adtendamus, et in quantum possumus orationem eorum exaudiamus. Proinde notum fieri volumus universis fidelibus tam futuris quam presentibus quod frater Hugo, vir prudens et religiosus, abbas cenobii sancti Amandi, ejusque monachi, in Tornacensi ecclesia, nostram adierint presentiam, humiliter obsecrantes quatinus altaria hec, scilicet de Sancto Martino (1), de Ruma (2), de Willemel (3), de Frigido Monte (4), de Hertinio (5), de Marchengem (6), de Winginis (7), de Berneham (8), de Sedelen-

(1) Ne serait-ce pas Sint-Martens-Veldeken, dépendance d'Ardoye, arrondissement de Bruges?

(2) Rumes, arrondissement de Tournai, canton d'Antoing.

(3) Willemeau, arrondissement et canton de Tournai.

(4) Froidmont, arrondissement et canton de Tournai.

(5) Hertain, arrondissement et canton de Tournai.

(6) Marckeghem, arrondissement de Courtrai, canton d'Oostroosebeke.

(7) Wyngène, arrondissement de Bruges, canton de Ruysselede.

(8) Beernem, arrondissement et canton de Bruges.

gem (1), de Bichengem (2), que ipsi actenus sub personatu 1107
tenuerant, eis eorumque ecclesie perpetua sub libertate tenenda concederemus, nostreque auctoritatis privilegio confirmaremus. Quorum petitioni condescendentes, ego videlicet Baldricus, et
5 Lambertus Tornacensis ecclesie archidiaconus, consilio et assensu clericorum nostrorum, concessimus eis eorumque ecclesie predicta altaria sub perpetua libertate tenenda; ea tamen conditione ut presbyteri ab abbate Sancti Amandi vel a monachis ipsius in eisdem locis constituti curam animarum,
10 ab episcopo seu ab ejus archidiacono susceptam, quamdiu concessione vel permissione abbatis vel fratrum altaribus illis deservierint, custodiant, et debitam eis eorumque decanis obedientiam exhibeant. Abbas vero vel fratres episcopalia atque sinodalia jura more solito persolvant, sicque ipsa ecclesia sancti
15 Amandi eadem altaria ab omni alia exactione libera in perpetuum teneat. Quicumque vero hanc libertatem quolibet modo infringere temptaverit, anathematizatus in eternum cum diabolo pereat, nisi resipuerit. Quod ut nostris seu futuris in temporibus ratum et inviolatum maneat, pontificali auctoritate
20 nostrorumque clericorum testimonio et assensu confirmavimus Signum domini Baldrici episcopi. S. Lamberti archidiaconi Tornacensis. S. abbatis Wluerici sancti Bavonis. S. Goteri, decani Tornacensis. S. Gonteri prepositi. S Balduini cantoris. S. Lieberti. S. Henrici decani. S. Amulrici. S Herigeri. S. Tan-
25 cradi. S. Walteri. S. Gerardi, archidiaconi Noviomensis. S. Roscelini decani. S. Petri cantoris. S. abbatis Henrici de Monte sancti Quintini. S. Disderi. S. Rodulfi. S. Rascelini. S. Bernardi. Actum anno dominice incarnationis M. C. VII, indictione xv, regnante rege Philippo, episcopante domno Baldrico, comite
30 Flandrentium Rotberto. Ego Wido cancellarius subscripsi et relegi.

---

(1) Zedelghem, arrondissement et canton de Bruges.

(2) Bisseghem, arrondissement de Courtrai, canton de Menin.

5 août 1111.

5 août 1111 ROBERT, COMTE DE FLANDRE, CONFIRME A L'ABBAYE DE SAINT-AMAND L'EXEMPTION DU DROIT DE SONGNIE A SAMÉON, ET RÈGLE LA PERCEPTION DE CE DROIT A CHARGE DES TENANCIERS DE L'ABBAYE, DANS LA PÉVÈLE. (De quitatiane songeie de casa et de Cella (1).

Deuxième cartulaire de l'abbaye de Saint-Amand, fol. 15 v°. — *Copie figurée, ms. nouv. lat.,* n° 1220, p. 21. — *Collection Moreau,* t. XLVI, p. 18, *copie de dom Quiensert d'après l'original.*

In nomine summe et individue Trinitatis. Ego Rotbertus junior, divina providentia comes Flandrie, sciens mercedem a Domino repromitti omnibus qui recta intentione usibus servorum ejus aliquid de suo jure contulerint, notum fieri volo, per hujus inscriptionis testamentum, et successoribus meis et omnibus fidelibus, quod aliquando divertens ad cœnobium amantissimi Deo pontificis Amandi, ad petitionem venerabilis abbatis Hugonis et fratrum ejusdem cœnobii, curtem quam habent in parrochia de Samion (2) ad usus infirmorum liberam feci ab exactione illa quam songeiam vocant, cum hospitibus ad eam pertinentibus. Postea vero, cum songeiam que michi debetur in Pabula cuidam militi meo, Stephano de Landast, ex me tenendam concessissem, et ipse vellet eam exigere tam de supradicta curte, quam liberam feceram cum hospitibus ad eam pertinentibus, quam de aliis curtibus eorum que sunt in

(1) La songnie, *songeia, sonegia,* etc., consistait en une prestation à payer à celui qui avait le droit de gîte.

(2) Saméon (France), arrondissement de Douai, canton d'Orchies.

parrochia de Cella (1), que nunquam dederant vel debuerant, 5 août 1111
sicutnec quisquam omnium ad ipsam parrochiam pertinentium, excepta vetere terra de Rosut (2), venerabilis abbas Bovo, successor supradicti Hugonis, et fratres predicti cœnobii
5 super hac injuria querimoniam ad me fecerunt. Tunc ego, justam eorum querelam recognoscens, et libertatem quam prius feceram confirmavi, et quod injuste exigebatur a curtibus sancti Amandi et a parrochianis de Cella, ne deinceps unquam ulla acciperetur occasione, coram idoneis testibus
10 decrevi. Precavens etiam injustas occasiones que solent in ipsa exactione a quibusdam fieri, ne fierent hospitibus sancti Amandi ad alias parrochias pertinentibus et predictam songeiam debentibus, sano consilio baronum meorum favente et jam ipso Stephano, statui ut ad colligendum villicus sancti
15 Amandi, premonitus ab exactore ejusdem Stephani, octo vel plures, si ita voluerit, dies ante parari submoneat in ecclesia; et, statuta die colligendi, circumeuntes domos ubi paratam invenerint, accipiant. Quisquis autem ipsa die non solverit, exigente villico Sancti Amandi infra octo dies, per legem
20 duorum solidorum, exactori Stephani quod debet persolvat. Transactis vero prefatis octo diebus, ipse Stephanus exiget sibi persolvi residuam songeiam lege curie mee : L. pro solutione X solidorum. Ut autem hoc testamentum omni tempore inconvulsum permaneat, ne que fidelibus Dei habenda concessimus
25 ab aliquo successore nostro subtrahantur, et testium subscriptorum attestatione firmavimus, et sigilli nostri impressione corroboravimus. S. Gerrici de Hera. S. Gerardi de Waschenhal. S Ratbodi de Blanden. S. Guilelmi d'Espinoit. S. Raineri de Alesnis. S. Gerardi de Cassello. S Fastradi de Tornaco. S. Liet-

---

30 (1) Lecelle (France), arrondissement de Valenciennes, canton de Saint-Amand.

(2) Rosult, arrondissement de Valenciennes, canton de Saint-Amand.

5 août 1111 tardi de Henim. S. Gualteri de Bergis. S. Engelberti de Peitengen. S. Roberti de Arborea. S. Gualteri filii Evrardi. S. Godefridi de Bulcinio. S. Amulrici de Landast. S. Alardi filii Cononis. S. Gothelmide de Antonio. S. Gerulfi fratris ejus S. Johannis de Erkengen. S. Rogeri de Insula. S. Theoderici de Aiscez. S. Gerrici fratris ejus. Data non. augusti, anno Domini M. C. XI., indictione IIII^a^. Actum apud Insulam, in Dei nomine feliciter, amen.

L'abbaye de Saint-Amand possédait, en Frise, des biens qu'elle vendît en 1115 à ceux qui les détenaient à cens. L'acte de vente indique ces biens comme étant situés aux environs de Dokkum et de Stavoren (*circa Dochengas et Stauveras*) (1). Une bulle du pape Paschal II, de 1107, porte : « *in Frisia, terras censuales apud Dochenchas et Stouras* » (2).

En remontant plus haut, on remarque que le diplôme du roi Charles le Simple, donné à Reims le 17 mars 899, cite parmi les biens de Saint-Amand : « *ultra Renum, villa Escreda* » (3). A supposer que la mention se rapporte aux biens de Frise, *Escreda* correspondrait peut-être à une localité du nom d'*Esterga*, marquée sur les cartes de la Frise aux environs de Stavoren. On connaît aussi un lieu nommé Haskerdyken.

---

(1) Van den Bergh, *Gedenstukken tot opheldering der Nederlandsche geschiedenis*, etc., p. 6.

(2) Miræus, t. II, p. 1151 ; Le Glay, *Revue*, etc., p. 103.

(3) Miræus, t. III, p. 291; *Amplissima collectio*, t. I, col. 247 ; *Recueil des historiens de France*, t. IX. p. 473.

Vers 1115.

L'ABBÉ BOVO RÈGLE L'EMPLOI DU PRIX DE VENTE DES BIENS QUE L'ABBAYE POSSÉDAIT EN FRISE ET QU'ELLE VENAIT D'ALIÉNER. (Munimentum Bovonis abbatis.) Vers 1115

5 *Premier cartulaire de l'abbaye de Saint-Amand*, fol. 102 v°, pièce 157. — *Copie figurée, ms. nouv. lat.*, n° 1219, p. 175 — *Collection Moreau*, t. XLVII, p. 229, *d'après le cartulaire.*

Ego Bovo, abbas ecclesie sancti Amandi, notum volo fieri tam presentibus quam futuris, quod argentum quod accepimus 10 de terra quam distraximus in Frisia, scilicet LVI marcas, communi consilio condonavimus in redimendis quibusdam vadimoniis que Petrus Duacensis tenebat, scilicet dimidia parte molendinorum de Berberia (1), et IIII^or libris denariorum de reditibus Ditiaci (2), et IIII^or modiis frumenti de mansis Ferinii (3), 15 eo scilicet tenore ut eosdem reditus quidam fratrum recolligendos suscipiat, donec eadem quantitas argenti in ecclesia nostra, ad redimendos reditus, in vestiariis fratrum deputandos, ex integro restituatur. Volens interim providere necessitatibus fratrum, designavi VI marcas in vestimentis fratrum 20 emendis, V de ministerio nostro, scilicet de decima Ledde (4), sexta vero de decima altaris Bernehan (5) addita, ea quidem

(1) Brebières (France), arrondissement d'Arras, canton de Vitry (Pas-de-Calais).

(2) Dechy. Voir plus haut, p. 17.

25 (3) Férin, arrondissement et canton de Douai.

(4) Lede, hameau de Meulebeke, canton de ce nom, arrondissement de Courtrai.

(5) Beernem, arrondissement et canton de Bruges.

Vers 1115 conditione ut, dum eadem quantitas argenti in ecclesia nostra restituta fuerit, v ad nostri curam redeant, sexta vero in usus fratrum remaneat. Hec minus ad notitiam presentium quam futurorum volo transeat, quod ego post hoc, attendens ecclesiam nostram multis adhuc debitis graviter obligatam, et perpendens, nisi cito succurrerem, in posterum propter instantes necessitates gravius obligandam, VII marcas auri, quod collectum et jam operatum fuerat ad reficiendam auream tabulam, cum x et VII marcis argenti fertonem et dimidium minus habentibus, ex communi etiam fratrum sentencia expendi, et ex eis debita pro quibus ecclesia plurimum gravabatur persolvi. Malum vero et indignum reputans thesaurum, quem ad honorem et decorem ecclesie religiosi viri providerant, irrecuperabiliter erogari, designavi ad eandem quantitatem auri recolligendam et operandam partem altaris decime de Ledda, ita ut, prius v marcis de ea decima, sicut supra dixi, ad vestiaria fratrum receptis, VIII marce si super fuerint pro marca auri singulis annis in ecclesia reconsignentur. Quod si ipsa decima minus valens fuerit ut VIII marce suppleri non possint, suppleantur de reditibus de Testereph (1). Ipse autem v marce quas designavi in vestiariis fratrum, postquam, recollectis LVI marcis, ad curam nostram redierint, pro x et VII marcis, fertonem et dimidium minus habentibus, donec ex integro restitute fuerint, in ecclesia reconsignentur.

---

(1) Ancien nom d'Ostende.

1116.

LE COMTE BAUDOUIN RÈGLE L'ASSISTANCE DES HOMMES DE L'ABBAYE AUX PLAIDS GÉNÉRAUX TENUS PAR L'AVOUÉ DE SAINT-AMAND, ET RÉDUIT DE TROIS A UN JOUR LA DURÉE DE CE SERVICE. (Balduinus comes, de placitis generalibus.) 1116

Deuxième cartulaire de l'abbaye de Saint-Amand, fol. 18, pièce 6. — *Copie figurée, ms. nouv. lat.,* n° 1220, p. 26. — *Collection Moreau,* t. XLVII, p. 229, *d'après le cartulaire.*

In nomine summe et individue Trinitatis, ego Balduinus, divina ordinante providentia comes Flandrie, notum volo fieri tam futuris quam presentibus, quod Bovo, abbas de ecclesia sancti Amandi, nostram benivolentiam adiens, interpellavit quatinus quandam conventionem, que temporibus domini genitoris mei Roberti comitis facta est inter abbatem Hugonem, ejus predecessorem, et Godefridum, ville Sancti Amandi advocatum, in presentia nostra facerem recognosci, recognitamque nostra auctoritate roborari. Facta autem ejusdem conventionis retractatione, recognitum est ab his qui interfuere quod supradictus Godefridus, de tribus generalibus placitis, scilicet post natale Domini et post pascham et post festivitatem beati Johannis, in quibus homines de procinctu ville beati Amandi tres dies observabant, pro salute anime sue et pro remedio predecessorum suorum, duos dies de singulis placitis, ad honorem ecclesie beati Amandi, domino genitori meo, a quo eandem advocationem in feodum tenebat, in manu reddidit. Idem vero genitor meus eosdem dies, per manum venerabilis abbatis Hugonis, servis et hospitibus beati Amandi

1116 perpetualiter relaxandos ecclesie supradicte concessit; et ne a quoquam hec conventio violaretur excommunicari precepit. Data vero postmodum eadem advocatione Alardo, Cononis filio, a supradicto Godefrido in feodum, adiens idem Alardus villam beati Amandi, supradictam conventionem voluit infringere et homines per tres dies sibi in placito assistere, et etiam in curtibus dominicis beati Amandi et in sociis earundem curtium advocationem sibi injuste usurpare. Pro qua injusticia adiens supradictus abbas Bovo Godefridum, per homines ejus eum interpellavit quatinus conventionem, que facta fuerat inter eum et supradictum abbatem Hugonem, beato Amando recognosceret, et Alardum desistere ab incepta injusticia compelleret. Communi itaque assensu et favore, Godefridus mihi in manu supradictos dies placitorum et libertatem curtium reddidit, et ut auctoritate nostra confirmarem annuit. Ego vero, volens in posterum a tali exactione immunem et quietam esse villam Sancti Amandi, coram obtimatibus meis impressione sigilli mei testamentum inde factum confirmavi, et eos qui ulterius hanc libertatem infringerent excommunicari precepi. Signum Godefridi. S. Amulrici de Ninive. S. Rogeri castellani. S. Gualteri castellani. S. Amulrici de Landast. S. Guidonis. S. Gerrici. S. Almanni prepositi. S. Gerardi. Actum Elnone monasterio, anno M° C° XVI°, indictione X, anno V comitatus Balduini.

1116.

BAUDOUIN, COMTE DE FLANDRE, TERMINE UN DÉBAT ENTRE L'ABBAYE DE SAINT-AMAND ET LE CHATELAIN GAUTIER, RELATIVEMENT A LA MANOEUVRE DES ÉCLUSES DE THUN (Balduinus comes, de ventaili de Thuns). 1116

Deuxième cartulaire de l'abbaye de Saint-Amand, fol. 48 v°, pièce 56. — *Copie figurée, ms. nouv. lat.*, n° 1220, p. 73.

In nomine summe et individue Trinitatis, Balduinus, divina propitiante clementia comes Flandrie. Exigit a nobis censura justicie ut in vinea Domini debeamus laborare, quatinus cum operariis hore prime pro mercede denarium mereamur accipere. Quapropter ego Balduinus, Roberti junioris filius, ad suggestionem venerabilis abbatis Bovonis, adiens cenobium gloriosi pontificis Christi Amandi, injustas consuetudines a malis hominibus male assuetas pro posse correxi et correctas pro tempore auctoritate nostra corroboravi : ubi, inter cetera, abbas et fratres predicti cenobii in presentia nostra questi sunt de Gualtero castellano, qui, infracta quadam conventione que tempore genitoris mei facta fuit inter bone memorie abbatem Hugonem et Evrardum castellanum, per nimiam elevationem molendinorum et ventaili de Tuns (1), aquam redundare faciebat in segetes et prata et etiam in ecclesiam sancti. Convocatis itaque hominibus meis qui, ex precepto genitoris mei, huic interfuere conventioni, et hominibus ejusdem Gualteri cum hominibus sancti Amandi, recognitum est ab eis quod, a vigilia Pentecostes usque ad Assumptionem sancte Marie,

(1) Thun-Saint-Amand, arrondissement de Valenciennes, canton de Saint-Amand.

remoto omni obstaculo, cursus aque deberet aperiri. Decretum fuit etiam in supradicta conventione, ut, si ille in cujus feodum eadem molendina devenirent predicto termino vel alio quolibet tempore, succrescente nimia inundatione aquarum, ventail nollet apperire, abbas de Sancto Amando ventail, quod ob hanc causam super terram sancti factum fuit ob imminuendas aquas, absque ulla contradictione apperiret. Cui cognitioni cum idem Gualterus vellet obsistere, judicio baronum meorum compulsus est abnuere. Et ut hec conventio per futura tempora inviolabilem obtineat firmitatem, in presentia baronum meorum sigilli mei impressione roboravi; abbatem et fratres violatorem anathematis vinculo innodare rogavi. Sigillum Godefridi de Bulcen. S. Alardi filii Cononis. S. Rogeri castellani. S. Amulrici conestabuli. S. Balduini camerarii. S. Gerardi de Vuaschenhal. S. Johannis de Herchenghen. S. Amulrici de Landast. S. Gerrici de Hera. S, Almanni prepositi. S. Gualteri de Dons. S. Guiselini fratris ejus. S. Lieberti de Samio. Actum Elnone monasterio, anno verbi incarnati M° C° XVI°.

1117.

1117 RAOUL, ARCHEVÊQUE DE REIMS, CONFIRME LES FAVEURS ACCORDÉES PAR LE COMTE BAUDUIN A L'ABBAYE DE SAINT-AMAND.

Deuxième cartulaire de l'abbaye de Saint-Amand, fol. 18 v°. — *Copie figurée, ms. nouv. lat.,* n° 1229, p. 27. — *Collection Moreau,* t. XLVIII, p. 138, *copie d'après l'original,* et p. 135, *copie d'après le cartulaire.*

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, ego Radulfus, nomine non merito Remorum archiepiscopus, quanto liberalitatis studio quantaque devotione Balduinus, Flandrensium comes, que minus suppetebant ecclesiis Dei supplere elaboraret considerans, ad petitionem ipsius et abbatis sancti

Amandi Bovonis et fratrum Deo in ecclesia illa militantium, 1117
privilegia que eidem ecclesie predictus comes concesserat et sigilli sui inpressione consignaverat, nos, auctoritate nostra ac nostre imaginis impressione, ipso suggerente, confirmamus; et ne aliquis in posterum ea violare presumpserit, anathematis eum gladio percutimus. Confirmamus igitur ecclesie beati Amandi, sub anathemate, quod Almannus prepositus consuetudines quas injuste sibi in procinctu ejusdem ecclesie usurpaverat, abdicavit, et, in presentia comitis et obtimatum ejus, data fide, tactis etiam sacrosanctis reliquiis, imperpetuum abjuravit (1). Confirmamus etiam, sub eodem anathemate, quod de tribus placitis generalibus duos dies de singulis, annuente eodem comite, Godefridus et Alardus ecclesie sancti Amandi cum libertate indominicarum curtium que infra procinctum continentur, recognoverunt (2). Confirmamus etiam, sub eodem anathemate, quod recognitum est in presentia comitis, assentiente Gualtero castellano, quia cursus aque que dicitur Scharp, in vico Tuns nuncupato, a vigilia Pentecostes usque ad assumptionem beate Marie, remoto omni obstaculo, debeat aperiri (3). Confirmamus etiam, sub anathemate, divisionem que facta est, jubente prefato comite, inter silvam sancti Amandi, que sita est in pago Pabulensi, et silvam comitis que adjacet, in pago Tornacensi (4). Ut autem nostre hujus auctoritatis testamentum nullius temerarii ausus calumpniam vel evacuationem incurrat, sed firmum in posterum inconvul-

---

(1) L'acte, qui est du 1er janvier 1117, est publié dans Miræus, t. II, p. 1153; Le Glay, *Revue*, etc., p. 104.

(2) Voir ci-dessus l'acte de 1116, p. 61.

(3) Voir l'acte précédent.

(4) L'acte a été publié par Teulet, *Layettes du Trésor des chartes*, t. I, p. 40.

1117 sumque permaneat, sigilli nostri impressione corroboravimus et in prevaricatorem hujus testamenti, presentibus testibus subtitulatis, excommunicationis ultionem intorsimus. Signum domni Radulfi Remorum archiepiscopi. S. Lamberti Noviomensis episcopi. S. Borchardi Cameracensis episcopi. S. Nicholai archidiaconi. S. Cirici archidiaconi. S. Ebali prepositi. S. Joffridi decani. S. Joffridi abbatis Sancti-Theoderici. S. Lamberti abbatis. S. Symonis abbatis. S Gulurici abbatis. S. Arnulfi abbatis. Actum Remis, anno Verbi incarnati millesimo C° XVII°, indictione X^ma^, archiepiscopatus autem domni Radulfi anno VIIII°.

Nous avons mentionné plus haut le diplôme de Charles le Simple du 17 mars 899. Entre autres localités, il cite les suivantes : « ... *donationes insuper bonorum hominum* » *super fluvium Renum, Campas et Merulas dictas, cum* » *aliis donationibus per diversos pagos, tam pro remedio* » *animarum suarum quam et pro stipendia monastica vel* » *etiam sepulture causa eidem monasterio collatis.* » *Campæ* est certainement Camp, sur la rive droite du Rhin, en face de Boppard (arrondissement de Saint-Goarshausen, régence de Wiesbaden). *Merulæ* pourrait correspondre à Merl, mais cette localité est sur la Moselle (arrondissement de Zell, régence de Coblence).

Au XIIe siècle, l'abbaye possédait encore, sur le Rhin, le domaine de Boppard et le lieu appelé Sohl (*Sula, Sulla*), arrondissement de Neuwied, régence de Coblence. Ils lui furent confirmés par les papes Paschal II en 1107, et Calixte II en 1119 : « *super fluvium Rhenum, terras de*

« *Sulla et de Bobarga* » (1). Boppard avait sans doute formé, à une époque antérieure, une dépendance de Camp.

Ces deux possessions étant trop éloignées pour être gérées convenablement et soustraites aux usurpations, l'abbé Absalon les céda à l'abbaye de Sainte-Félicité de Vreden, en Westphalie, et employa les cinquante marcs d'argent, reçus comme prix de vente, à l'acquisition de la dîme de blé d'Esplechin (arrondissement et canton de Tournai) (2).

1143

ABSALON, ABBÉ DE SAINT-AMAND, VEND A L'ABBAYE DE SAINTE-FÉLICITÉ DE VREDEN, EN WESTPHALIE, LES POSSESSIONS DE SOHL ET DE BOPPARD, SUR LE RHIN (Traditio abbatis Absalonis abbatisse sancte Felicitatis in Fretena de Sula et Bobart). 1143

Premier cartulaire de l'abbaye de Saint-Amand, fol. 103 v°, pièce 159. — *Copie figurée, ms. nouv. lat.*, n° 1219, p. 177. — *Collection Moreau*, t. LX, p. 190, *d'après l'original.*

In nomine Sancte et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus sancti, frater Absalon, dictus abbas monasterii sancti Amandi, totaque fratrum congregatio crucem Christi ferens in eodem monasterio, Deo militantibus, venerabili et in Christo honorande Agane, abbatisse, per Dei graciam, in ecclesia sancte

(1) MIRÆUS, t. II, pp. 1151 et 1155. Dans la bulle de Calixte II, Miræus a imprimé *Bogarda*, mais la rectification a été faite, d'après le cartulaire, par LE GLAY (*Revue*, etc., p. 104). C'est par une véritable distraction que ce dernier ajoute : « J'aimerais mieux lire » *Bogarda*, qui serait Bogaerden, province de Brabant, tout près de » Bruxelles! ».

(2) Voir, ci-après, l'acte de 1143-1165.

1143 Felicitatis in Frethena (1), devotisque sororibus in eadem ecclesia, sic levam celestis sponsi habere sub capite, ad presentem consolationem, ut ipsius dextere mercantur amplexum ad celestem remunerationem. Sanctus Davit, loquens in spiritu Dei cum dicit : « cedros Libani ad hoc plantatas, ut in ipsis » nidificent passeres », vult intelligi per hanc similitudinem florentes divitiis et honoribus ad hoc positos in ecclesia, ut ex ipsorum abundantia pauperum Christi sublevetur inopia. Preterea summa omnium potestas potentibus in seculo ad hoc concedit gladium portare in judicio et justicia, ut requiescentes sub Christi ficu et vinea, securos faciant ab infestantium et malignantium injuria. Verum quia tempus pessimum est, et sua diei sufficit malitia, nostris diebus rarescente justicia, ea que liberalis munificentia seu quorumlibet fidelium ecclesiis Dei contulit devotio, videmus a malis et importunis hominibus diripi et imminui. Illas autem maxime possessiones pravitas secularium nititur surripere, quibus ipsi possessores, pro eo quod longe sunt remoti, non valent providere, vel curam in amministratione necessariorum impendere. Quod quia jam in quibusdam nostris longe a nobis remotis possessionibus contigit, et in futurum gravius damnum nos passuros pertimescimus, quinquaginta marcis meri argenti pro commutatione acceptis, possessionem quam ex antiquo juste et legaliter in Suilla et apud Bobbarth hactenus tenuimus et possedimus, tibi, o venerabilis abbatissa Agana, vobisque devotis sororibus vestrisque posteris in Frethenensi ecclesia Deo militantibus, cum rebus et hominibus ad ipsam pertinentibus, cumque ser-

---

(1) Vreden, arrondissement d'Ahaus, régence de Munster (Westphalie). Les archives et le cartulaire de l'abbaye de ce nom se trouvent dans les archives des princes de Salm-Salm, à Anholt. Nous devons ce renseignement à M. le conservateur des archives de l'État à Munster.

vis et ancillis sancti Amandi in vicino morantibus, communi 1143
consilio et assensu ita perpetualiter in integrum tenendam ac possidendam tradimus et concedimus, ut super his que annotavimus nullam deinceps nostri calumpniam sive contradictionem sustineatis, sed ea secure ac quiete pro voto ad usum vestrum sive profectum, secundum quod justum est, disponatis et habeatis. Simili ratione vobis concedimus possidenda que qualibet surreptione seu incuria in predictis locis nobis subtracta, vobis juste adquirere poteritis. Et ut in his que vobis concedimus rata et inconcussa firmitas per omnia sicut scribimus teneatur, presentem paginam vobis servandam impressione sigilli beati Amandi corroboravimus, quorumdam etiam fratrum nostrorum subscribentium et confirmantium nomina subter annotavimus. Signum Gualteri prioris. S. Gualteri, Gerardi, Hugonis, Fulconis, Salomonis, sacerdotum. S. Karoli, Gerardi, Ebroini, dyaconorum. S. Hugonis, Alulfi, Haimberti, Gualteri, Sauvali, subdiaconorum. S. Herberti, Hellini, Hugonis, Gommari, Georgii, Nicholai, Gotscelini, puerorum. Ceterum volumus sciatis et precamur ut per terram illam quam vobis concedimus publice anuntietis, quod ipsius terre olim ab antiquis fidelibus ecclesie nostre facta oblatio non perit aut diminuitur in oculis divine majestatis, quum proposuimus, et in verbo veritatis firmavimus, quod de precio quod a vobis accepimus terram fertiliorem et reditus valentiores, Deo favente, comparabimus. Actum anno Domini M° C° XLIII°.

1123-1145.

1123-1145 L'ABBAYE DE SAINT-AMAND REÇOIT LES SERFS QUE POSSÉDAIT ERMENTRUDE D'ANVAING, AUX CONDITIONS FIXÉES PAR LA DONATRICE. (Absalon abbas pro servis Ermentrudis de Anvennio.)

Premier cartulaire de l'abbaye de Saint-Amand, fol. 38 r°, pièce n° 171. — *Copie figurée, ms. nouv. lat.*, n° 1219, p. 87.

In nomine sancte et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus sancti. Plerique fidelium, amori conditoris inherentes, quanto ardentius ad vitam anelant eternam, tanto studiosius presentia contempnentes, secundum apostoli preceptum, ex sua habundantia servorum Dei student supplere inopiam. Quorum sacra devotio et larga munerum exhibitio a filiis sancte matris Ecclesie non sunt ullatenus oblivioni tradenda, sed fideli relatione posteris notificanda. Proinde ego Absalon, humilis minister ecclesie sancti Amandi, notum volo fieri tam presentibus quam futuris fidelibus, quod domina Ermentrudis, illustris viri Heribrandi Anvennensis (1) filia, servos suos, videlicet Bernardum, Evrardum, Hugonem et Odilam, et alios quos pater suus ei moriens dereliquit, sancto Amando ea conditione intulerit, ut, salvo honore Anvennensis advocati, singulis annis in festo sancti Amandi quod est VII° kalendas novembris, pro censu capitali duos denarios persolvant, pro licentia maritali sex, pro mortua manu duodecim. Ut autem hujus decreti sententia inconvulsa permaneat, sigillum sancti Amandi apposuimus et violatores excommunicationi subjecimus.

(1) Anvaing, arrondissement de Tournai, canton de Frasnes. Comparer nos *Recherches*, etc., p. 334.

1154.

LE COMTE THIERRY CONFIRME LA DÉCISION, INTERVENUE ENTRE L'ABBAYE DE SAINT-AMAND ET LE PRÉVÔT ÉTIENNE SUR LES USURPATIONS DE CE DERNIER, ET ATTESTE LA RENONCIATION FAITE PAR LUI AUX DROITS QU'IL S'ARROGEAIT (Theodericus comes contra injustas consuetudines Stephani prepositi). 1154

Deuxième cartulaire de l'abbaye de Saint-Amand, fol. 17 v°. — *Copie figurée, ms. nouv. lat.*, n° 1120, p. 24. — *Collection Moreau,* t. LXVII, p. 56, *d'après le cartulaire.*

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Ego Theodericus, comes Flandrie, notum volo fieri tam presentibus quam futuris, quod Stephanus, ministerialis ville Sancti-Amandi, gravi et intolerabili insolentia adversus ecclesiam sancti Amandi, cui homo legius erat, insurgens, injustas consuetudines quas avus ejus Almannus, sub presentia comitis Balduini predecessoris mei, penitus abjuraverat (1), sibi usurpare volebat. Tandem tam ecclesiastici vigoris censura quam nostra, liberalitati abbatis Hugonis secundi, cujus homo legius erat, se subdidit, ut quod de jure ecclesie et suo abbas decerneret, ipse Stephanus omnino ratum haberet. Abbas vero, paci et quieti ecclesie in futurum providens, causam ipsam terminandam super electos judices, assentiente Stephano, posuit, quorum nomina

(1) Voir l'acte de 1117 dans MIRÆUS, t. II, p, 1153, et la confirmation de cet acte par Raoul, archevêque de Reims, au cours de la même année, ci-dessus, p. 64.

1154 hec sunt : Gerardus de Foriest, avunculus Stephani; Amulricus de Landast; Almannus Bruns, patruus Stephani; Almannus de Thuns, cognatus Stephani; Alulfus de Remelgiis; qui suptilius et diligentius jus ecclesie et Stephani requirentes, sub presentia domni Geraldi, Tornacensis episcopi (1), et abbatum Gualteri Sancti-Martini, Falconis Hansonie, recognoverunt quod ipse Stephanus in curte Sancti Amandi et in atrio ecclesie nil juris haberet, neque in dominicis curtibus que sunt in procinctu ville. De ministerio cellararii, infirmarii seu de mansuariis se non intromittet, quandiu cellararius, infirmarius vel custos ecclesie justiciam per se habere potuerint. De vivario, quod abbas idem magno sumptu fecit, quoniam pars quedam facta est super terram cellararii, in illa que de cellarario est nihil omnino pro forisfacto habebit; pars autem super terram que de communi erat, in illa vero que est de communi, suum tercium; et hujus tercii villicus ville tercium [habebit]. Vadium, si pro forisfacto ab aliquo acceperit, non alibi quam in curte sancti Amandi deponet. Latro ab eo captus in curte sancti Amandi custodiendus adducetur. Exactionem quam vulgo *tolpri*[a] vocant, sive herbam[b] aut corvedas, inconsulto abbate, non exigat. Ab adventiciis nichil accipiet nisi VI den.

a. Voir p. 48.
b. herban.

---

(1) Voir la confirmation de la décision par Gérard, évêque de Tournai, en 1152. MARTÈNE et DURAND, *Thesaurus anecdotorum*, t. I, col. 429; GOUSSET, *Les actes de la province ecclésiastique de Reims*, t. II, p. 255; MANGEARRT, *Catalogue des manuscrits de la bibliothèque de Valenciennes*, p. 672; DE HAISNES, *Histoire de l'art dans la Flandre, l'Artois et le Hainaut avant le XVe siècle*, t. I, p. 36. Comparez WAUTERS, *Table chronologique*, etc., t. II, p. 360, et t. VII, p. 1450.

p. [a] et II capones. De omnibus placitis que fiunt per scabinos suum tercium habebit, et villicus ville hujus tercii tercium. In silva nichil omnino juris habet, excepto *herbengage*[b] et igni necessarii[c]. De terris censualibus censum dabit, neque aliud exinde in feodum dare poterit, neque terram ab aliquo emere, neque aliqua terra aliquem investire, absque voluntate abbatis. Non placitabit, nisi presente abbate vel preposito monacho. Rustico si diem vel horam placitandi constituerit, concordiam cum eo non faciet nisi assensu abbatis vel prepositi monachi. Hec omnia ipse Stephanus apud Attrebatum, in presentia mei et baronum meorum, ita se habere recognovit; et hec se pro posse suo deinceps observaturum, sub presentia domni Geraldi Tornacensis episcopi, super corpus beati Amandi jurasse asseruit. Ego vero, paci et quieti ecclesie sancti Amandi in futurum providens, scriptum presens sigilli mei impressione signari jussi, et baronum meorum qui interfuerunt nomina subter annotari. S. Sibille, Flandrie comitisse. S. Philippi, filii mei. S. Henrici de Broburc, conestabuli. S. Rogeri de Wavrin. S. Rogeri, castellani de Curtrai. S. Rogeri de Cyson. S. Hugonis de Bapalmes. S. Stephani de Landast. S. Amulrici de Landast. S. Gualteri, castellani de Duaco. Actum apud Attrebatum, anno Domini M°C°LIIII°. 1154

a. Le texte de l'acte de 1117, dans Miræus, t. II, p. 1153, porte : VI deneratas panum, *et cette leçon est conforme au texte du cartulaire* (*Deuxième cartulaire*, pièce, 4) ; *les mêmes expressions se retrouvent dans l'acte de 1152. Il faut donc supposer, dans l'acte de 1154, une erreur de la part du copiste du cartulaire, à moins que les deux expressions n'aient représenté une même valeur en argent.*

b. Pour herbergage.

c. La phrase exigerait : et ligno igni necessario.

1143-1163 (1).

1143-1163 ÉTAT DES REVENUS DE L'ABBAYE DE SAINT-AMAND ET DES DIFFÉRENTS SERVICES AUXQUELS ILS SONT APPLIQUÉS. (Que res monasterii, ad quos usus pertineant.)

Premier cartulaire de l'abbaye de Saint-Amand, fol. 98 r°, pièce 153. — *Copie figurée, ms. nouv. lat.*, n° 1219, p. 167.

Ad luminare et ornamenta ecclesie pertinet census capitalis qui colligitur in festivitate sancti Amandi de transitu; census domorum que sunt in atrio; sanguis, letum, ictus, manumissura, oblationes que fiunt in ecclesia; Alanium (2), Bovinias (3).

Ad thesaurum autem ecclesie reparandum pertinet Hertinium (4), quod emptum fuit ex argenteo crucifixo.

Ad opera vero claustri pertinet Moncels (5), reditus de Aisin (6), terragium de Horden (7), et reditus ortorum ejusdem ville, molendina de Berberiis (8), fossagium de Rapido-

(1) Ce document est antérieur à 1163, date à laquelle l'abbaye de Saint-Amand donne à celle de Cambron tout ce qu'elle possède à Lombise et Lombisœul (DE SMET, *Cartulaire de Cambron*, p. 311). Il est, d'autre part, postérieur à 1143, date de la vente de Sulle et de Boppard.

(2) Allain, dépendance de Tournai.

(3) Bouvines (France), arrondissement de Lille, canton de Cysoing.

(4) Hertain, arrondissement et canton de Tournai.

(5) Moncheaux (France), arrondissement et canton de Valenciennes.

(6) Anzin (France), arrondissement et canton de Valenciennes.

(7) Hordain (France), arrondissement de Valenciennes, canton de Bouchain.

(8) Brébières (France), arrondissement d'Arras, canton de Vitry (Pas-de-Calais).

ponte (1), masuarii qui secundo anno vadunt ad vineas aut 1143-1163
redimunt se a preposito.

Ad vinum monachorum pertinet Barisiacus (2) cum appenditiis suis, Guariniacus (3) et Halciacus (4) cum appenditiis
5 suis, et census terrarum qui colligitur in festivitate sancti Remigii ad conducendum vinum.

Ad panem fratrum et hospitum et operariorum pertinet Ferinium (5) et Diptiacus (6) cum appenditiis suis, Scaldinium (7) cum appenditiis suis, Salcem (8), Rueth (9), Bulci-
10 niolum (10), Locus sancti Amandi (11), Nova villa (12) cum appenditiis suis. Harum prepositi villarum ad panem perti-

---

(1) Probablement à Saint-Amand. Comparer le diplôme du roi Charles le Simple, de 899 (Miræus, t. III, p. 291; *Amplissima collectio*, t. I, col. 247; *RHF.*, t. IX, p. 473).

15 (2) Barizis. Voir plus haut l'acte de 906, p. 19.

(3) Wargnies-le-Grand et Wargnies-le-Petit (France), arrondissement d'Avesnes, canton du Quesnoy.

(4) Haussi (France), arrondissement de Cambrai, canton de Solesmes.

20 (5) Férin (France), arrondissement et canton de Douai.

(6) Déchy (France), arrondissement et canton de Douai.

(7) Escaudain (France), arrondissement de Valenciennes, canton de Bouchain.

(8) Saulx, hameau de Lourches (France), arrondissement de
25 Valenciennes, canton de Bouchain.

(9) Rœulx (France), arrondissement de Valenciennes, canton de Bouchain.

(10) Boucheneuil, hameau de Bouchain, arrondissement de Valenciennes.

30 (11) Lieu-Saint-Amand (France), arrondissement de Valenciennes, canton de Bouchain.

(12) Neuville-sur-Escaut (France), arrondissement de Valenciennes, canton de Bouchain.

1143-1163 nentium respondent abbati; si quid residuum fuerit, in necessariis et utilitatibus ecclesie debet expendi.

Ipse autem abbas de dominicatu suo habet in Flandris xxv libras denariorum et xv marcarum argenti. Ad ipsum quoque abbatem pertinet relevatio feodorum hominum sancti Amandi.

Ad cellararium coquine fratrum pertinent molendina supra Scarb (1), furni, cambe, maiera cervisie, theloneum mercati, transitus pontis infra et supra, excepto de vino quod est fratrum, decima lini ad retia confitienda, piscationes aquarum, decima anguillarum de Bulcinio (2), de Berberiis (3); hospites de Marclonio (4), plurima prata Caisnoiti (5), curtis Bullientis fontis (6), curtis ville Hus (7), curtis Anselmi, decima de Samione (8), Tuns (9), Lurcium (10), Vi (11) et Scalpons (12) cum appenditiis

---

(1) La Scarpe, rivière.

(2) Bouchain, arrondissement de Valenciennes.

(3) Brebières. Voir ci-dessus.

(4) Marlion, hameau de Rosult, arrondissement de Valenciennes, canton de Saint-Amand.

(5) Carnoye (?), à Saint-Amand.

(6) Fontaine-Bouillon, à Saint-Amand.

(7) Lieu inconnu.

(8) Saméon (France), arrondissement de Douai, canton d'Orchies.

(9) Thun-Saint-Amand (France), arrondissement de Valenciennes, canton de Saint-Amand.

(10) Lourches (France), arrondissement de Valenciennes, canton de Bouchain.

(11) Vicq (France), arrondissement de Valenciennes, canton de Condé.

(12) Escaupont (France), arrondissement de Valenciennes, canton de Condé.

suis, Herinias (1), Sein (2), Spiere (3), Bacherot (4) cum appen- 1143-1163
ditiis suis. Hec villa ab antiqua consuetudine deputata est salmonibus et sturjonibus, emendis in festivitate sancti Cyrici et sequentibus sollemnitatibus. Habet etiam cellararius in Flan-
5 dris xv marcas argenti et dimidium quorum x sunt pro reditu caseorum.

Ad camerarium pertinent Willemels (5) cum appenditiis suis, Tintinias (6), Haudiun (7), Ruma (8), Lamhiliolum (9), Frigidus mons (10) cum appenditiis suis; decima annone de
10 Esplecin (11), que empta est de pecunia Sulle et Bobart (12), Harignas (13) cum appenditiis suis, xv libre denariorum in

---

(1) Hérinnes, arrondissement de Tournai, canton de Celles. Dans la bulle du pape Calixte II, de 1119, on lit : *Herinias, in pago Bracbatensi.*

15 (2) Sin, hameau de Laplaigne, arrondissement de Tournai, canton d'Antoing.

(3) Espierres, arrondissement de Courtrai, canton de Mouscron.

(4) Baesrode, arrondissement et canton de Termonde.

(5) Willemeau, arrondissement et canton de Tournai.

20 (6) Taintegnies, arrondissement de Tournai, canton d'Antoing.

(7) Haudion, dépendance de Lamain, arrondissement et canton de Tournai.

(8) Rumes, arrondissement de Tournai, canton d'Antoing.

(9) Dépendance de Lamain, arrondissement et canton de Tour-
25 nai? Un acte de 1205 fait mention de la dîme de *Lamegnuel.* (*Deuxième cartulaire*, f° 27.)

(10) Froidmont, arrondissement et canton de Tournai.

(11) Esplechin, arrondissement et canton de Tournai.

(12) Voir ci-devant l'acte de 1143.

30 (13) La bulle de Paschal II, de 1107, porte : *Harignæ super Mosam* (Miræus, t. II, p. 1151). Il y a aussi Hargnies (France), arrondissement de Valenciennes, canton de Condé.

1143-1163 Flandris et XVII marce argenti, quarum sex sunt pro reditu de Frisia (1).

Ad prepositum pertinent justicia ville, placida, corveie, silve, prata, terre culte et inculte, redemptio terrarum, curtes in Pabula (2), exceptis hospitibus et terris et pratis et curtibus cellararii et elemosinarii, et exceptis illis que deputata sunt canonicis Sancti Andree (3). Est etiam de ministerio ejusdem prepositi Cella (4) cum appenditiis suis, Germinium (5), Aines (6), Ansvennium (7) cum appenditiis suis, villa que dicitur Sancti Salvatoris (8), Villare (9), Lumbisiacus (10), Nove domus (11), Securiacus (12) cum appenditiis suis. Habet etiam

---

(1) Sur la vente des biens de Frise, voyez ci-devant la charte de 1115, p. 59.

(2) La Pévèle.

(3) Il y avait, à côté de l'abbaye, des chanoines de Saint-André. Ils furent supprimés en l'an 1200, par Guillaume, archevêque de Reims. Voir *Premier cartulaire de Saint-Amand*, f° 71; MIRÆUS, t. II, p. 1206; *Thesaurus anecdotorum*, t. I, col. 776.

(4) Lecelle (France), arrondissement de Valenciennes, canton de Saint-Amand.

(5) Germignies ou Guermignies, dépendance de Pottes, arrondissement de Tournai, canton de Celles. Voir plus haut, p. 29.

(6) Eyne, arrondissement et canton d'Audenarde.

(7) Anvaing, arrondissement de Tournai, canton de Frasnes lez-Buissenal

(8) Saint-Sauveur, arrondissement de Tournai, canton de Frasnes lez-Buissenal. Voir plus haut, p. 35.

(9) Villers-Saint-Amand, arrondissement de Mons, canton de Chièvres.

(10) Lombise, arrondissement de Mons, canton de Chièvres. Nous avons dit que Lombise fut donné, en 1163, à l'abbaye de Cambron.

(11) Neufmaison, arrondissement de Mons, canton de Lens.

(12) Sirault, arrondissement de Mons, canton de Lens.

idem prepositus in Flandris VI poisas casei et XVIIII marcas 1143-1163
argenti; quarum XVIIII [a] sunt in Testerep (1), pro commutatione Herlengove.

1168.

5 HUGUES, ABBÉ DE SAINT-AMAND, PLACE SOUS LA PROTECTION D'ALARD D'ANTOING LES SERFS ET SERVES DE SAINT-AMAND HABITANT ANTOING ET PÉRONNES. (Hugo abbas de servis sancti Amandi in territorio de Anthonio.) 1168

Premier cartulaire de l'abbaye de Saint-Amand, fol. 39 r°,
10 pièce n° 73. — *Copie figurée, ms. nouv. lat.*, n° 1219, p. 88. — *Collection Moreau*, t. LXXV, p. 119, *d'après le cartulaire.*

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, amen. Ego Hugo, ecclesie sancti Amandi abbas, totiusque ejusdem loci capitulum, notum facimus tam presentibus quam futuris, quod nos, ad
15 petitionem nobilis viri Alardi de Antonio, servos et ancillas sancti Amandi in territorio de Antonio (2) et de Perona (3) manentes, pro evitandis calumpniis malignantium, sub tutela et protectione ipsius Alardi ponimus, ea conditione ut, singulis annis, XII tantum denarios Tornacensis monete, tam masculus
20 quam femina, scilicet pro advocatione, eidem Alardo persolvat, et sic deinceps ab omni aliena oppressione et injusta exactione liber permaneat. Ut igitur id ratum et inviolabile

a. Le texte portait XIIII; *ce chiffre a été effacé et remplacé par* XVIIII.

---

25 (1) Testerep, ancien nom d'Ostende. Voir ce que nous avons dit sous l'acte de 1105, de l'échange opéré, en 1115, entre l'abbaye et le comte de Flandre.

(2) Antoing, canton de ce nom, arrondissement de Tournai.

(3) Péronnes, arrondissement de Tournai, canton d'Antoing.

1168 maneret, et ne in posterum ab ullo unquam infringi possit, sigillo sancti Amandi roboravimus et nomina eorum qui interfuerunt annotari fecimus. Signum Stephani prepositi, Azonis de Pontoit, Nicholai de Lato loco, Lietberti de Samion, hominum sancti Amandi. S. Alardi de Antonio, Gosselini, Willelmi, Hugonis, filiorum ejus. Actum Elnone, anno Domini M°C°LX°VIII°.

1177.

1177 ALARD, ÉVÊQUE DE CAMBRAI, DONNE A L'ABBAYE DE SAINT-AMAND L'AUTEL DE SCHOORISSE (Alardus, Cameracensis episcopus, dedit ecclesie sancti Amandi altare de Scornai).

Premier cartulaire de l'abbaye de Saint-Amand, pièce n° 49, fol. 30 v°. — *Copie figurée, ms. nouv. lat.*, n° 1219, p. 75. — *Collection Moreau*, t. LXXXI, p. 25, *d'après le cartulaire.*

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, amen. Ego Alardus, Dei gratia Cameracensium episcopus, tam presentibus quam futuris in perpetuum. Veri doctoris magistri gentium verum et salubre consilium advertentes, bonum operantes, non deficiamus : utile nobis arbitramur, quoad vivimus, ut ad omnes, maxime ad domesticos fidei, bonum operemur. Magister Gislebertus de Scornai, fidelis et amicus noster, personatum altaris de Scornai (1) canonice possidebat; qui saniori via, quam in multis offendimus omnes, precipue in ecclesiasticis, anime sue volens consultum iri, ad nos veniens et altare, videntibus clericis nostris, libere et absolute in manibus nostris reddens, ut ad ecclesiam sancti Amandi pro salute anime sue et antecessorum suorum illud donaremus, flexis genibus humi-

(1) Schoorisse, ou Escornaix, arrondissement d'Audenarde, canton d'Hoorebeke-Sainte-Marie.

liter imploravit. Nos igitur, bone voluntati ejus conscensientes 1177
et opus sanum approbantes, altare de Scornai Johanni abbati
et ecclesie sancti Amandi quam specialius nobis domesticam
paterne diligimus, libere et absolute, salvo in omnibus episco-
5 pali et ministrorum nostrorum jure, tradidimus atque presens
scriptum sigilli nostri appensione, subsignatis testibus, confir-
mamus. Ne quis autem ausu temerario donationem istam
infringere presumat episcopali auctoritate prohibemus, con-
servatoribus benedictionem, prevaricatoribus eternam indi-
10 centes maledictionem. S. Theoderici prepositi et archidiaconi
ejusdem altaris. S. Petri, Hugonis, Ostonis, Rogeri, archidia-
conorum. S. Berneri, Gerardi, Nicholai, sacerdotum. S. Walteri,
Olrici, Johannis, levitarum. S. Johannis cantoris. S. Walteri,
Vincentii, Nicholai, sublevitarum. S. abbatis Lamberti de
15 Sancto Gisleno. S. Amulrici abbatis de Sancto Auberto. S. Cla-
reboldi abbatis de Alto Monte. S. Helgoti abbatis Letiensis.
Ego Walcherus cancellarius scripsi, et in synodo fideliter
recensui. Actum anno dominice incarnationis M°C°LXX°VII°,
presulatus autem nostri I.

IV

L'ABBAYE DE SAINT-VANNE DE VERDUN.

Godefroid et Herman, fils de Godefroid le Captif, possédaient, dans l'ancien Brabant, un comté auquel on a donné par la suite le nom de comté d'Eenham et dont le siège pourrait avoir été Velsique, avant la construction de la forteresse qui donna son nom au comté (1). Ces deux seigneurs possédaient également des biens dans les anciens *pagi* de Hainaut, de Huy et de Namur, ainsi que le montrent les documents dont il va être question.

Godefroid mourut en 1023, et son frère Herman en 1029 (2).

Nous avons publié, dans nos *Recherches sur le Hainaut ancien*, plusieurs actes concernant les dons faits par les deux comtes à l'abbaye de Saint-Vanne de Verdun, au commencement du XIe siècle. L'un est une bulle du pape

---

(1) Deux des enfants d'Herman furent enterrés dans l'église de Velsique. Voir les autorités citées par Ernst, *Dissertation historique et critique sur la maison royale des comtes d'Ardennes* (*CRH.*, 2, X, p. 280). Voir aussi nos *Recherches sur le Hainaut ancien*, p. 112.

(2) Ernst (pp. 277 et 278) fait mourir Herman après 1034 : le comte de ce nom dont il est fait mention en cette année était probablement le fils du précédent. Le nécrologe de l'abbaye de Saint-Vanne, dans les extraits que nous publions, fixe au 28 mai 1029 la date du décès du frère de Godefroid; les *Annales abbatiæ sancti Petri Blandiniensis* (p. 9) indiquent l'année 1028.

Jean XII, de 963 ou de 971 (1); elle est évidemment interpolée : on a ajouté à son texte, dans le cartulaire de Saint-Vanne où nous l'avons puisée, la mention des donations dont il s'agit et qui n'ont eu lieu que quarante ou cinquante ans plus tard; elle se trouve sans cette addition dans dom Calmet et dans le *Recueil des historiens de France* (2).

Les autres documents que nous avons édités consistent en deux diplômes de l'empereur Henri, de l'an 1015, l'un confirmant à l'abbaye trente manses au village de Buvrinnes, l'autre signalant en outre les localités de l'ancien Brabant dont nous allons parler (3). Nous avons aussi publié une bulle du pape Léon IX, de 1053, confirmant les libéralités dont il s'agit (4), et nous avons reproduit des extraits du polyptyque de Saint-Vanne, édité par Guérard (5).

---

(1) Voir nos *Recherches*, etc., p. 341; Dom Calmet, *Histoire de Lorraine*, t. II, preuves, p. 212; *RHF.*, t. IX, p. 238; *MGH.*, t. VIII, p. 366. — L'interpolateur a évidemment copié le texte du diplôme de l'empereur Conrad que nous publions.

(2) Voir nos *Recherches*, etc., p. 368. Cet acte a été republié par Stumpf, *Die Reichskanzler*, t. III, p. 633, n° 451.

(3) Voir nos *Recherches*, etc., pp. 368 et 370.

(4) *Ibidem*, p. 389. Cette bulle a été rééditée en 1869, d'après une copie de la collection Moreau prise sur l'original, dans les *Analecta juris pontificii*, X° série, pp. 334 et 335; elle y porte la date du 2 janvier 1053, et le texte en est plus pur que celui que nous avons donné d'après le cartulaire de Saint-Vanne. — Pflugk-Harttung (*Acta pontificum romanorum inedita*, t. I, p. 21) donne cette bulle comme inédite.

(5) Voir nos *Recherches*, p. 388. — Dans l'ordre chronologique, le polyptyque doit être placé en premier lieu, et on peut en fixer la rédaction un peu avant l'an 1015. Il est à remarquer, en effet, qu'après la mention des plus anciennes possessions de l'abbaye, con-

Nous publions aujourd'hui un document nouveau sur ce sujet, c'est-à-dire, un diplôme de l'empereur Conrad II, de l'an 1031, et nous y joindrons des extraits du nécrologe de l'abbaye. Deux bulles du pape Nicolas II des 13 avril 1060 et 25 avril 1059-1061, concernant particulièrement les possessions de Saint-Vanne dans les comtés de Huy et de Namur et dans le Luxembourg, ont été récemment publiées par Pflugk-Harttung (1).

Les biens donnés par Godefroid et Herman sont donc les suivants :

1° Dans le *pagus* de Hainaut :

Berones, Beurunes, Buvrinnes (arrondissement de Charleroi, canton de Binche), cité dans le polyptyque et dans les diplômes des empereurs Henri II et Conrad II. Ce nom disparait dans les actes postérieurs, et, en 1181, on voit que l'autel de Buvrinnes (*Beverunes*) appartient au chapitre de Cambrai (2).

2° Dans le *pagus Bracbatensis :*

A. — *Feilsecum, Fesseca,* Velsique, cité dans les diplômes de 1015 et de 1031, dans la bulle de 1053 et dans le nécrologe.

---

firmées en 963 ou 971 par le pape Jean XII et en 980 par l'empereur Othon II (Stumpf, *Reichskanzler*, t. III, p. 323, n° 230), on lit dans le polyptyque ce qui suit : « *Ista sunt in antiquo scripto regali et* » *apostolico. Quæ sequuntur de novo addita sunt et nequaquam scripto* » *firmata* » ; puis vient notamment la mention de localités dont la possession est confirmée pour la première fois en 1015 par l'empereur Henri II et en 1031 par l'empereur Conrad. (Guérard, *Polyptyque de l'abbaye de Saint-Vanne,* à la suite du *Polyptyque de l'abbaye de Saint-Remi de Reims,* p. 115.)

(1) *Acta pontificum*, etc., t. I, pp. 27 et 30.

(2) Voir nos *Recherches*, etc., p. 153, note 4.

B. — *Rotgeri-curtis*, mentionné dans le polyptyque (1), dans la bulle de 1053 et dans le nécrologe. Nous avions pensé qu'il s'agissait là de Roucourt (arrondissement de Tournai, canton de Péruwelz) (2); mais il est certain que ce nom désigne Rudershove ou Rutgershove, dépendance de Velsique (3). Le polyptyque détaille les redevances dues à l'abbaye dans ce lieu.

C. — *Haslud*, cité dans le polyptyque, dans les diplômes de 1015 et de 1031, et dans le nécrologe (4). Nous avions proposé de traduire ce nom par Elsloo, dépendance d'Everghem (canton de ce nom, arrondissement de Gand) (5).

---

(1) Voir nos *Recherches*, p. 111.

(2) *Ibidem*, pp. 111, 388 et 390. Roucourt, dans l'arrondissement de Tournai, est indiqué en 1189 sous le nom de *Rocort* et en 1233 sous le nom de *Roucourt* (voir *Cartul. de l'abbaye de Saint-Médard*, p. 99; acte de 1233 dans le fonds de Saint-Amand, premier carton, à Lille).

(3) C'est, en effet, à *Rotgeri-curtis* que font allusion les diplômes de 1015 et de 1031, après avoir mentionné Velsique : « *In eodem* » *denique loco... octo mansos...* » — Sur l'origine du nom de Rudershove, voir De Smet, *Essai sur les noms des villes et communes de la Flandre orientale*, pp. 5 et 27. (Mémoires de l'Académie, t. XXIV.)

(4) Ne serait-ce pas de notre localité qu'il est question dans un acte de 1025, emprunté par Du Cange aux archives de Saint-Vanne, et duquel il se voit que deux femmes de *Haslum* ou *Haslom* se soumettent au monastère, en présence du comte Herman? Voir Du Cange, *Glossaire*, v^is^ *Oblati monasteriorum*.

(5) Voir nos *Recherches*, etc., p. 111. On pourrait songer à Elst (canton d'Audenarde, arrondissement d'Hoorebeke-Sainte-Marie); mais ce lieu est nommé *Elsuth* et *Helsel* dans les actes anciens (Van Lokeren, *Chartes et documents de l'abbaye de Saint-Pierre de Blandin*, t. I, pp. 48, 82, 86).

D'après M. Piot, il s'agirait d'Op-Hasselt (arrondissement d'Audenarde, canton de Nederbrakel) (1). Les chartes des XIIe et XIIIe siècles signalent souvent des seigneurs de *Haslut* ou *Hallud*, qui possédaient des biens aux environs de Parycke et d'Overboulaere (2).

D. — *Ermefredegehe, Hermefregehem*, Hemelveerdegem (arrondissement d'Audenarde, canton de Nederbrakel), cité dans le diplôme de l'empereur Conrad de 1031, dans le nécrologe et aussi dans Hugues de Flavigny (3).

Il est certain que l'abbaye de Saint-Vanne ne resta pas longtemps en possession de ces quatre localités. Hugues de Flavigny et le nécrologe rapportent que l'abbaye abandonna ses biens de l'ancien Brabant à Baudouin, comte de Flandre, qui lui en donna d'autres en échange (4). L'échange se place entre les années 1053 et 1061 : en 1053, en effet, ces localités sont citées dans la bulle de Léon IX et elles n'apparaissent plus dans les deux bulles de Nicolas II.

---

(1) *Les* pagi *de la Belgique*, p. 98. Voir aussi De Smet, *Chroniques de Flandre*, t. II, table, v° *Hallut*. — La ville de Hasselt, dans le Limbourg, est parfois désignée au XIIIe siècle sous le nom de *Halut* (*Analectes pour servir à l'histoire ecclésiastique de la Belgique*, t. XVI, pp. 236 et 248).

(2) Piot, *Cartul. d'Eenham*, pp. 82, 93, 99, 104, 363, 364; De Smet, *Cartulaire de Cambron*, pp. 112, 318, 319, 708, 716, 792, 801, 802, 881; Devillers, *Description de cartulaires*, t. V, p. 155.

(3) Voir nos *Recherches*, etc., p. 111.

(4) « De his factum est, post mortem ejus (Herimanni) concambium, et dedit pro his comes Balduinus Flandrensis Bonvillare » cum dimidia ecclesia, Hevenges similiter cum dimidia, in Vitereio » vineas cum quadam parte ecclesiæ, in Harvia triginta mansos » cum familia magna. » *MGH.*, t. VIII, p. 375.

En 1065, le comte Baudouin donne l'église de Velsique à l'abbaye d'Hasnon (1).

Ce ne furent pas les seules libéralités dont le comte Herman gratifia l'abbaye de Saint-Vanne. Il lui donna notamment encore deux églises pour le repos de l'âme de son fils, nommé Godefroid, né d'une concubine (2). Ces églises sont :

1° *Gengeavia*, appelé aussi (par suite d'une mauvaise lecture) *Gengeania*, *Genglavia*, *Gengravia*, *Glavia*, *Gravia*, *Gengeaiva*. Ce lieu est cité dans le polyptyque, dans les actes de 1031, 1053, 1060, 1059-1061, dans Hugues de Flavigny et dans le nécrologe ; il est placé dans le comté de Huy par l'interpolateur de la bulle du pape Jean XII (3) et par le diplôme de l'empereur Conrad de 1031. Le polyptyque fournit des détails intéressants sur cette localité (4).

---

(1) Voir nos *Recherches*, etc., p. 405.

(2) « Dedit etiam pro anima filii Godefridi ex concubina nati, in » claustro tumulati, non tamen juxta fratres et patrem, duas eccle- » sias quorum una dicitur Ham, alia Gengeavia. » Hugues de Flavigny, dans les *MGH.*, t. VIII, p. 375.

(3) Voir nos *Recherches*, p. 343.

(4) « Est in Gengeania (*alias* Gengeamia) mater ecclesia in honore » S. Lamberti. Aspiciunt ad eam capella de eadem villa in honore » S. Maximi, et alia in Soreias in honore S. Martini, dimidia vero in » honore S. Remigii in Waleias. Sunt ibi de indominicata terra v » mansi et unum bonarium de prato, et camba solvens xii modios, » viii de frumento, iiii de bracio. De alia terra, quæ est in servitio, » mansus et quartarius. Unusquisque solvit per annum aut secun- » dam feriam aut opus manuum, et, in nativitate Domini, hii quar- » tarii x pullos. Tantum terræ est ibi quæ solvit xiii denarios in » nativitate S. Joannis Baptistæ. Haistolei vero solvitur census » capitis in festivitate S. Martini, unusquisque ii denarios; de præ- » benda S. Maximi, quam presbiter tenet, iii quartarii in bonarium » de prato, in bonarium de terra, jacens juxta Dirvant (*alias* Dio- » nant). » Guérard, p. 119.

Contrairement à l'opinion que nous avons émise dans nos *Recherches*, il nous semble qu'il s'agit là de Gesves (arrondissement de Namur, canton d'Andenne), à qui le polyptyque donne comme dépendances Sorée, *Soreias* (même arrondissement et même canton) et Walhay, *Waleias*, dépendance d'Ohey (même arrondissement et même canton) (1). D'après le nécrologe, Gesves et une autre possession, *Harvia* (Herve?), furent échangés contre une localité appelée *Brouceium* (2).

2° *Ham*, mentionné dans les actes de 1031, 1053, 1060, 1059-1061 et aussi dans Hugues de Flavigny et dans le nécrologe. Ce lieu est placé par le diplôme de 1031 dans le comté de Namur (3). S'agirait-il là de Ham-sur-Sambre (arrondissement de Namur, canton de Fosses), ou de Hamois (arrondissement de Dinant, canton de Ciney), qui n'est pas éloigné de Gesves?

3° *Monau, Mounau, Munau*, sans doute Muno (arrondissement d'Arlon, canton de Florenville). Ce lieu est cité dans les actes de 1031, 1053, 1060, 1059-1061, dans Hugues de Flavigny et dans le nécrologe.

---

(1) Voir aussi Roland, *Les seigneurs et comtes de Rochefort*, dans les Annales de la Société archéologique de Namur, t. XX, pp. 77 et 81 (note).

(2) En 1091, le comte Baudouin de Hainaut confirme au chapitre de Huy la possession de l'alleu de *Gengetavia* et de la terre de Saint-Remacle que Richilde, sa mère, avait vendus aux chanoines. (Schoolmeesters et Bormans, *Notice d'un cartulaire de l'église de Notre-Dame, à Huy*, p. 20; *CRH.*, 4, I, p. 100. Ces auteurs traduisent aussi par Gesves. Comparer Wauters, *Table chronologique*, etc., t. VII, p. 170.)

(3) Il faut évidemment lire aussi « in *Namurcense* » au lieu de « in *Mainicense* », dans la partie interpolée de la bulle du pape Jean XII. Voir nos *Recherches*, etc., p. 343.

Signalons aussi, d'après le nécrologe, au 8 des calendes de juillet, la donation de Mont-Saint-Martin, en 1096, par Albert II, comte de Moha, dont la femme Ermesinde épousa ensuite Godefroid, comte de Namur (1).

24 avril 1031.

L'EMPEREUR CONRAD II CONFIRME LES DONATIONS FAITES A L'ABBAYE DE SAINT-VANNE DE VERDUN. 24 avril 1031

Collection Moreau, t. XXI, fol. 136, *copie de dom Michel Colloz, moine de Saint-Airy de Verdun, d'après un original de 19 pouces et demi de large, sur 2 pieds 4 pouces et demi de haut.*

La réduction de l'acte est en partie empruntée au diplôme de l'empereur Othon II du 3 juin 980, en faveur de Saint-Vanne (*MGH.*, *diplomata*, t. II, p. 245), *et au diplôme de l'empereur Henri II de 1014-1015* (DOM CALMET, *Hist. de Lorraine*, t. II, preuves, p. 249; *nos Recherches, etc.*, p. 370).

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, Conradus, divina disponente clementia, imperator augustus. Celebre est et memoriæ commendandum, in præceptis nostris imperialibus, continue illud apostolici observari præcepti. nos hujuscemodi cohortantis : ergo, dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos

(4) La Neuville, arrondissement de Lille, canton de Pont-à Marcq, ou Neuville-en-Ferrain, même arrondissement, canton de Tourcoing.

(5) Lieu situé aux environs de Lille, d'après la charte de restauration de l'abbaye, en 1065. Voir nos *Recherches*, etc., p. 405.

(6) Leers. Voir ci-devant l'acte de 1106.

(7) Waelem (?), dépendance de Worteghem, arrondissement et canton d'Audenarde.

(8) Menin, canton de ce nom, arrondissement de Courtrai.

(9) Dadizeele, arrondissement de Courtrai, canton de Menin.

(10) Abeele (?), dépendance d'Iseghem, canton de ce nom, arrondissement de Courtrai.

(11) Ancien nom d'Ostende.

19 avril 1147 ram et hospites; apud Juddevam (1), terram et hospites; in episcopatu Cameracensi, in villa que dicitur Aven curtem (2), terram et duas carrucas, hospites, terragium et justitiam; in villa Sames (3), terram; apud Hamellam (4), de curte Sancti Amandi, modium frumenti et modium avene; in villa Criptas (5), terram et hospites XIIII; apud Hangrel (6), terragium et hospitem; apud Banigellum (7), Robiescurtem (8), terram, hospites, terragium, sylvam et partem decime; in territorio Brabantico, villam Montignium (9) cum appendiciis suis, altare ejusdem ville, curtem, terram arabilem, vivarium, molendinum, sylvam cum justitia; medietatem Nove Ville (10) in terra, sylva, aquis, molendinis; jus vestrum in ecclesia ville; medietatem ville que dicitur Castellum (11) et altare; in villa que dicitur Felseca (12), ecclesiam cum appendiciis suis; apud Valencenas (13), cellam in honore beate Marie cum omnibus quos juste possidet hospitibus, cambis, furnis et uno de molendinis burgensibus; apud Alnetum (14), curtem, terram arabilem; apud

(1) Lieu inconnu.
(2) Abancourt, arrondissement et canton de Cambrai.
(3) Lieu inconnu.
(4) Hamel, arrondissement de Douai, canton d'Arleux.
(5) Lieu inconnu.
(6) Angreau (?), arrondissement de Mons, canton de Dour.
(7) Lieu inconnu.
(8) Ribécourt, arrondissement de Cambrai, canton de Marcoing.
(9) Montignies lez-Lens, arrondissement de Mons, canton de Lens.
(10) Neufville, arrondissement de Mons, canton de Lens.
(11) Casteau, arrondissement de Mons, canton de Rœulx.
(12) Velsique. Voir l'acte de 1099.
(13) Valenciennes. Voir ci-devant les actes de 1086 et 1119.
(14) Aulnoy, arrondissement et canton de Valenciennes.

Biermerain (1), terragium et hospites; apud Vendelgies (2), terragium et hospites; apud Auffridi pratum (3), III hospites; apud Machin (4), partem decime; in episcopatu Landunensi apud Riolcourt (5), domum, agros, curtem, sylvam, vineas; in episcopatu Suesionensi, apud oppidum Braine (6), V solidos de abbatia ejusdem castri. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones aufferre vel ablatas retinere, minuere aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate et diocesanorum episcoporum canonica justitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subjaceat; cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax domini Jesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis recipiant et apud districtum judicem premia eterne pacis inveniant. Amen, amen, amen.

19 avril 1147

---

(1) Bermerain, arrondissement de Cambrai, canton de Solesmes.

(2) Vendegies-au-Bois, arrondissement d'Avesnes, canton du Quesnoy.

(3) Amfroipret, arrondissement d'Avesnes, canton de Bavai.

(4) Maing, arrondissement et canton de Valenciennes.

(5) Rocourt, arrondissement de Château-Thierry, canton de Neuilly-Saint-Front; ou Royaucourt, arrondissement de Laon, canton d'Anizy-le-Château.

(6) Braisne, canton de ce nom, arrondissement de Soissons.

19 avril 1147 † Ego Guido, presbyter cardinalis tituli sancti Chrisogoni SS.

† Ego Liebaldus, presbyter cardinalis tituli sanctorum Johannis et Pauli SS.

† Ego Wido, presbyter cardinalis tituli Pastoris SS. 5

Ego Eugenius catholice ecclesie episcopus.

† Ego Jordannus, presbyter cardinalis tituli sanctæ Susannæ SS.

† Albericus Ostiensis episcopus SS.

† Ego Imarus, Tusculanus episcopus, SS. 10

† Ego Oddo, diaconus cardinalis [tituli sancti] Georgii ad velum aureum SS.

† Ego Octavianus, diaconus cardinalis [tituli] sancti Nicolai in carcere Tulliano SS.

† Ego Guido, diaconus cardinalis [tituli] sanctæ Mariæ in 15 porticu SS.

Ego Jacinctus, diaconus cardinalis [tituli] sanctæ Mariæ in ... SS.

(*Rota*).

Datum apud Sanctum Dionisium, per manum Hugonis 20 presbyteri cardinalis, agentis vicem Guidonis sanctæ Romanæ ecclesiæ diaconi cardinalis et cancellarii, XIII. kal. maii, indictione X^a^, incarnationis dominicæ 1147, pontificatus vero domini Eugenii tertii papæ anno III°.

(1150-1159) (1).

BAUDOUIN IV, COMTE DE HAINAUT, CONFIRME A L'ABBAYE D'HASNON LA POSSESSION DE TERRES QU'ELLE AVAIT ACQUISES DANS LES BOIS DE BAVISIAU ET D'OBIES (De Bavisiel). 1150-1159

Cartulaire de l'abbaye d'Hasnon, fol. 45, verso, *aux Archives du royaume, à Bruxelles. — Cartulaire de l'abbaye d'Hasnon, à la bibliothèque de Douai,* fol. 70. — *Collection Moreau,* t. LVIII, p. 155, *d'après ce dernier cartulaire.*

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Quia luce clarius constat peccata, sine quibus humana vita non potest peragi, elemosinarum largitione deleri, ego Balduinus, Hayonensis comes, nepos Balduini Iherosolimitani, iustis postulationibus tuis, Fulco abba, assentiens, Hasnoniensi ecclesie, in honore apostolorum Petri et Pauli et sanctorum martyrum Marcellini et Petri a predecessoribus meis fundate, in qua tu abbas esse dinosceris, terras illas quas infra novalia, sine mei permissione in silva mee venationis facta, apud Bavisiel et Obies (2) acquisieras, perpetuo possidendas in elemosinam concessi. Terragia quoque de cunctis eisdem novalibus ad te pertinentia recognovi, in hoc meam cumulans munificentiam, quod firmam warandiam contra omnes reclamatores me exhibiturum inde repromisi. De cetero, si aliqua persona de terris quas, extra divisionem quam ego ipse testimonio circummanentium feci, prefata ecclesia in eadem villa possidet, calumpniam fecerit, nullo modo

(1) La date résulte des souscriptions.

(2) Obies (France), arrondissement d'Avesnes, canton de Bavai. Bavisiau est un hameau d'Obies.

1150-1159 eam inquietari vel spoliari permittam, sed judicio baronum meorum pariterque abbatum omnem, quecumque potuerit oriri, terminabo controversiam. Ut autem hec mea largitio firma et inconcussa permaneat, presentem cartam sigillo nominis mei confirmavi, idoneos testes, quos etiam subter signavi, adhibere curavi. Signum Hugonis, abbatis Sancti Amandi. Signum Walteri, Sancti Martini Tornacensis. Signum Algoti, Sancti Landelini. Signum Hegerici, Sancti Gilleni. Signum Arnulfi, Sancti Dyonisii. Signum Adam, Sancti Andree de Castello. Signum Girardi, de Casa Dei. Signum Roberti de Aissonvilla. Signum Adam dapiferi. Signum Ludouvici de Fraxino. Signum Drogonis de Sammani. Signum Harduini de Montibus.

1164.

1164 BAUDOUIN IV, COMTE DE HAINAUT, RÈGLE UN ACCORD ENTRE THIERRY DE WALLERS ET L'ABBAYE D'HASNON, AU SUJET D'UN CANTONNEMENT DANS LA FORÊT DE WALLERS (De Wallers) (1).

Cartulaire de l'abbaye d'Hasnon, fol. 36, *aux Archives du royaume, à Bruxelles. — Premier cartulaire de Flandre,* pièce 146, *aux Archives de la Chambre des comptes, à Lille.*

In nomine sancte et individue Trinitatis, amen.

Ego Balduinus, Dei gratia Haynoensis comes, nec non et filius meus Balduinus, notum fieri volumus tam presentibus

(1) Ce document présente une particularité intéressante : il est le plus ancien acte qui mentionne, à notre connaissance, un cantonnement de forêt. On sait que le cantonnement consiste à mettre fin à des droits d'usage, en attribuant à l'usager, en toute propriété, une partie du fonds sur lequel il exerce son droit (voir le Code

quam futuris, quod Hasnoniensis ecclesia in silva de Wal- 1164
lers (1) ligna, cunctis usibus ecclesie ad comburendum necessaria, antiquo jure possidebat. Sed, quoniam eadem ecclesia a quodam Theoderico milite, ejusdem silve domino, et a servientibus suis multas injurias et molestias sustinebat et super hoc valde conquerebatur, honestis viris mediantibus, prefatus Theodericus partem ejusdem silve, a loco qui vocatur Sabularia, recta via usque ad crucem et fossatum, et inde in circuitu usque ad Belluni campum, Hasnoniensi ecclesie libere et quiete perpetuo possidendam, cum suis participibus irrefragabiliter concessit, ea ratione quod cetera pars ei libera remansit. Sed quoniám sine assensu nostro id fieri non poterat, quia de feodo nostro erat, Fulco, Hasnoniensis abbas, et sepefatus Theodericus nec non et participes eius, in atrio apud Donain presentiam nostram adierunt, ibique coram baronibus meis, archidiaconibus, abbatibus, clericis, laicis, Theodericus de Wallers et sui participes, Gobertus scilicet et Roinus, nutu etiam et assensu Walteri de Audriniis, ad quem media pars prenominate silve spectabat et a quo eandem in feodo prefati viri tenebant, eandem partem predictam werpiverunt et in manum meam resignaverunt; et

---

forestier du 20 décembre 1854, article 85). — On rencontre, dans le cours du moyen âge, des cas assez fréquents de cantonnements (Léon Bruand, *Des droits d'usage dans les forêts*, pp. 177 et suiv.). On a vu pourtant des jurisconsultes et des cours de justice affirmer, à la légère, que cette opération n'est connue que depuis le XVIIIe siècle (Henrion de Pansey, *Dissertations féodales*, v^is Biens communaux; Cour d'appel de Bruxelles, 13 août 1869 et 3 août 1881; *Belgique judiciaire*, 1869, p. 1301; *Pasicrisie belge*, 1882, 2, 279. Comparer *Belgique judicaire*, 1883, p. 49). Le procédé était pourtant si simple et si pratique, qu'on peut, par cela même, en affirmer l'existence à toutes les époques.

(1) Wallers (France), arrondissement et canton de Valenciennes.

1164 ego statim per manum abbatis, sanctorum apostolorum Petri et Pauli et sanctorum martyrum Marcellini et Petri ecclesie donum feci, et ut sempiterno jure possideret sollempniter investivi. Ne igitur superventuris temporibus, aliquorum malicia seu invidia aut oblivione humana, pax ista rescindatur, 5 litterarum apicibus anotari voluimus et sigilli nostri auctoritate roboravimus. Huic rei attestantur qui presentes fuerunt et quorum nomina subscripta inveniuntur. Signum Frumaldi, Atrebatensis archidiaconi. Signum Alardi, Cameracensis archidiaconi. Signum Geraudi, Viconiensis abbatis. Signum Radulfi, 10 abbatis de Castello. Signum Johannis decani. Signum Amandi de Donen. Signum Gerardi de Donen. Signum Almanni de Provi. Signum Willelmi de Hausei Signum Guifridi de Solemia. Signum Goberti de Fontanis. Signum Huardi de Vieslis. Signum Theoderici de Hartain. Signum Landrici Valence- 15 nensis. Data est hec carta anno Verbi incarnati millesimo centesimo sexagesimo quarto.

1141-1179.

1141-1179 JEAN ET ODA CONSACRENT A DIEU ET A SAINT MARTIN DE VELSIQUE, 20 A TITRE DE SERVES, LEURS DEUX FILLES, NÉES LIBRES, ET LA POSTÉRITÉ A NAÎTRE D'ELLES.

Cartulaire de l'abbaye d'Hasnon, à la bibliothèque de Douai. — Collection Moreau, t. CCLXXIV, p. 84, *d'après ce cartulaire.*

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, Amen. Notum 25 sit universis sancte matris ecclesie filiis, quod Johannes et Oda de Felsca, cum essent liberi, sperantes et confidentes per sanctorum patrocinia misericordiam domini nostri Jhesu Christi se adepturos, scientesque quod Deo sanctisque ejus servire regnare est, Sophiam et Margaritam, filias suas nichilominus

liberas, ancillas Deo et sancto Martino de Felseca constitue- 1141-1179
runt, omnemque posteritatem illarum servitutis ejusdem vinculo subjecerunt, hac conditione quod ipse et reliqui de earum progenie, quamdiu viverent, II denariorum censum
5 eidem ecclesie annuatim persolverent. Statutum est etiam quod successionis earumdem viri et mulieres, volentes nubere, pro concessione VI denarios persolverent, in decessu vero XII^cim^. Facta est hec donatio sub bone memorie Fulcone abbate Haynonensis ecclesie; que ne aliquando oblivione deleri nec
10 ab aliquo possit violari, sigillo Sancti Petri fecerunt confirmari et testium subscriptione roborari. S. Johannis presbyteri de Felseca. S. magistri Eberti. S. Holardi militis. S. Gossuini militis de Rogiercourt. S. Sigeri militis. S. Fulconis militis. S. Roberti le Bouc. — De Sophia orti sunt Simon, Adelaberta,
15 Ermengardis. De Margareta vero, Johannes, Balduinus, Alendis.

VI

L'ABBAYE DE CORBIE.

On a signalé depuis longtemps le nombre et l'étendue des possessions de l'abbaye de Corbie en Belgique (1); plusieurs d'entre elles lui appartenaient dès le IXe siècle, et remontaient au temps de saint Adalard, abbé du célèbre monastère, qui mourut le 2 janvier 826 ou 827. Les cartulaires de Corbie mentionnent : dans le Brabant, les localités de Baelen, Moll, Desschel, Berthem, Neeryssche; dans le diocèse de Liége, Beeringen, Widoye, Borgharen ou Bommershoven-Haeren, Eelen; dans la Flandre, Dadizeele, Huysse, Houthulst et autres (2). Au XVIIe siècle, l'abbé de Corbie exerçait le droit de présentation à quatorze cures dans les provinces belges (3).

---

(1) *Analectes pour servir à l'histoire ecclésiastique de la Belgique*, t. II, pp. 268 et suiv.; WAUTERS, *Un diplôme de l'époque carlovingienne concernant le village de Huysse*, dans les BULLETINS DE L'ACADÉMIE, 2e série, t. XXXVI, n° 7.

(2) Voir l'analyse de ces cartulaires dans COCHERIS, *Notices et extraits des documents manuscrits conservés dans les dépôts publics de Paris et relatifs à l'histoire de la Picardie*, t. I, pp. 545-663. — M. Wauters a publié différents actes concernant Huysse, Houthulst, Dadizeele, Berthem, Neeryssche et Huldenbergh. *Rapport à M. le Président de la Commission royale d'histoire*, etc., p. 102. Voir aussi *Analectes de diplomatique*, pp. 74, 93 et 98.

(3) COCQUELIN, *Historiae regalis abbatiae Corbeiensis compendium*, dans les MÉMOIRES DE LA SOCIÉTÉ DES ANTIQUAIRES DE PICARDIE, 1re série, t. VIII, p. 500; voir aussi pp. 483, 486, 492, 496 et 497.

Plusieurs de ces possessions avaient une importance considérable.

Berthem, Huldenbergh et Neeryssche formaient, dans l'origine, un seul domaine (1).

Widoye était une prévôté de l'abbaye, entre Saint-Trond et Tongres (2).

Beeringen devint, en 1239, une ville franche, dotée des libertés de la cité de Liége (3).

Le village de Huysse (*Usciœ* ou *Uscia, Usce, Wisses*) fut donné à l'abbaye, en 877, par un comte Conrad (4) On y a fait naître saint Adalard, mais cette opinion ne repose sur aucun fondement sérieux (5). Ce village avait, dès le début du XIVe siècle, une *loi* qui lui avait été donnée sans doute par l'abbaye (6). Signalons aussi que les obituaires de Corbie mentionnent des noms qui rappellent cette localité; ainsi : « *II idus aprilis. Magister Daniel de Uscia, utriusque juris professor. — Idus aprilis. Walterus, presbiter de Wisse, et Walterus, custos ejusdem ecclesie, et uxor ejus. — VII kal. augusti. Johannes de Uscia* (7). »

Houthulst (*Oudhulst, Outhulst, Woltehulst*), dont le nom est resté à un hameau de Clercken, était autrefois une

---

(1) Wauters, *Analectes*, etc., p. 94.

(2) Wauters, *Un diplôme*, etc., p. 6.

(3) *Ibid.* Comparer Daris, *Notice sur les églises de Liége*, t. III, pp. 5 et 263.

(4) Wauters, *Un diplôme*, etc., p. 6.

(5) *Ibid.*; De Ram, dans la *Biographie nationale*, t. 1, p. 58.

(6) Elle a été publiée, d'après le cartulaire de Corbie, par le comte de Limburg-Stirum, à la suite de la *Coutume d'Audenarde*, in 4°, p. 298.

(7) *Manuscrits latins*, n° 17768, fol. 60, 61 et 72.

forêt ou partie de forêt couvrant plusieurs milliers d'hectares; elle s'étend aujourd'hui encore sur les communes de Zarren, Clercken, Mercken, Bixschote, Langemarck, West-Roosebeke et Staden (1). En 1573, elle comprenait encore 4157 mesures (2).

On l'appelait aussi forêt de Walne (*Walnehosia*, *Walnosia*, *Walnosiense* ou *Walnense nemus*, la Walnoise).

D'après un acte du 1er août 1096 (3), la forêt aurait, à l'origine, entièrement appartenu à l'abbaye; mais les usurpations et les violences des voisins obligèrent les moines à prendre comme avoué le comte de Flandre, en lui allouant la moitié du domaine. Le prince lui-même se fit usurpateur, jusqu'au moment où le comte Robert, sur le point de se rendre à la croisade, remit à l'abbaye sa moitié et prit des dispositions pour la conservation de ses droits (1096).

Plusieurs des chartes ci-après concernent cette part de l'abbaye. Des renseignements intéressants sur le sort ultérieur de la forêt se rencontrent dans les travaux de MM. Vanden Bussche et Gilliodts-Van Severen, que nous avons cités.

---

(1) *Analectes pour servir à l'histoire ecclésiastique de la Belgique*, t. II, pp. 268 et suiv.; Van den Bussche, *Recherches sur la forêt d'Houthulst*, dans La Flandre, t. V, pp. 319 et suiv.; Gilliodts-Van Severen, *Coutume du bourg de Bruges*, t. 1, introduction, pp. 432 et suiv.

(2) *Ibidem*.

(3) *Analectes*, etc., p. 271; *La Flandre*, p. 331; Wauters, *Rapport*, etc., p. 102.

On trouve dans le cartulaire de Corbie la notice d'un échange de biens, fait par l'abbaye au temps de l'abbé Ratbert, qui mourut en 864.

Le roi Charles, cité dans le document, est sans aucun doute Charles le Chauve. La reine Gerberge est la femme de Carloman, frère de Charlemagne.

Le *pagus Vormalensis* est vraisemblablement le *pagus Vormacensis* ou *Wormacensis*, le Wormsgau, et la localité *Fluehen* semble devoir être identifiée à Flönheim (Hesse rhénane, cercle d'Alzey).

L'expression *pagus Alcarnisis* est probablement une forme défigurée par le rédacteur de la notice, et nous pensons qu'il faut lire *Alsacinsis* ou *Alsacensis* : de pareilles transpositions de lettres ne sont pas rares; par exemple, pour le Mélantois, *Methelentinsis*, *Melenatensis*, *Medenentinsis*, etc.; pour le Brabant, *Bragobantum*, *Burcbant*, *Bracatensis pagus*, etc.

On trouve en Alsace un village appelé Duerningen, qui paraît correspondre à *Deoringas* (Basse-Alsace, canton de Truchtersheim, régence de Strasbourg). *Wistonia* serait peut-être Wittisheim, cercle de Markolsheim, régence de Schlettstadt.

Ces données sont en concordance avec les faits historiques. Pépin le Bref, par un acte non daté, avait confirmé les immunités de Corbie (1). Carloman, époux de Gerberge, obtint, entre autres possessions, le pays d'Alsace. Après la mort de ce prince, en 771, Charlemagne disposa de plusieurs biens dans ce pays et dans le Wormsgau en faveur de Fulda et d'autres monastères (2).

---

(1) Sickel, *Acta regum et imperatorum Karolinorum*, t. II, p. 10.

(2) M. Vanderkindere a bien voulu nous aider à élucider ce point.

843 ou 844.

843 ou 844 NOTICE D'UN ACTE PAR LEQUEL LE ROI CHARLES LE CHAUVE DONNE A L'ABBAYE DE CORBIE LE VILLAGE DE WAILLY ET REÇOIT EN ÉCHANGE DES BIENS DANS L'ALSACE ET DANS LE WORMSGAU (De dono Vaisliaci).

Cartulaire noir de Corbie (XIIIe siècle), fol. B, col. 1, *à la Bibliothèque nationale, à Paris, ms. lat.*, n° 17758.

Karolus rex dedit sancto Ratberto abbati Vaisliacum (1) cum suis adjacentiis; et ut eadem libertate qua cetera possideremus confirmavit. Abbas vero dedit quod in pago Alcarnise dono Gelberge regine possedimus, scilicet Wistonia et Deoringas; fol. B, col. 2. et in pago Vormalensi, in loco qui ‖ dicitur Fluehen. Actum Compendio, regni ejus quarto anno.

1055.

1055 FOULQUES, ABBÉ DE CORBIE, EN PRÉSENCE DE BAUDOUIN V, COMTE DE FLANDRE, FAIT UN TRAITÉ AVEC L'AVOUÉ DE L'ABBAYE, AU SUJET DES DROITS DE CE DERNIER.

Collection Moreau, t. XXV, p. 145, *copie de Dom Grenier, d'après l'original.*

Abbas Fulco Corbeiensis, salutem presentibus et futuris. Ne tradatur oblivioni utilitas, qualis sit facta ordinatio nostris temporibus posteris nostris digne duximus litteram conficere. Dum Walterus (1), advocatus noster, ultra modum abbatiam

(1) Wailly, arrondissement et canton d'Arras (Pas-de-Calais).
(2) Vautier, seigneur d'Encre, d'après Dom Grenier.

nostram premeret et ecclesie bonum malis et tortis legibus 1055
omnino adnichilaret, declamavimus Corbeie apud comitem
Balduinum, qui talem statuit concordiam, immo renovavit
legem inter nos et advocatum in omni via, comitatu et prefec-
5 tura quam tenet de Sancto Petro. Nullum faciet clamoren
absque abbate aut abbatis legato; nec aliquem causa alicujus
judicationis ad se in judicium, neque alias, nisi infra potesta-
tem transducatur ipsa clamatio. Si autem pervenerit usque
ad campum, transducitur ad ipsius advocati castra...[a] convicto.
10 Advocatus rectum suum, recepto tamen prius si quid de aliqua
anteacta culpa in jus clamaverit, suis convictus...[a] Quod si in
expeditionem comitis aut abbatis perrexerit, nisi et amplius
quam VIII equos in tota prefectura sibi accipere licebit; quos
etiam, si dederit aut vendiderit, rediens infra XL dies restituet;
15 si vero in expeditione perdiderit, non restituet quidem, sed
amplius ab eo cujus fuerat equus, non accipiet. Super hec
omnia neque pastum aceipiet, neque rogatianem faciet in tota
abbatia. De omnibus quoque ad se proprie pertinentibus, si
hec violaverit, abbati ipsemet justificabit...[a] inter successorem
20 abbatum et successorem advocati amplius permanebit. De
quibus omnibus comiti et abbati in hac conventione sacra-
mento ligatos tradidit septem obsides, ut si hec violaverit,
aliquo modo invitabit eum abbas ad justitiam per duos suos
pares. Si autem eos audire noluerit, intimabit obsidibus
25 monere dominum suum, ut sibi justificet infra XL dies. Si vero
neque se justificaverit, aut ipsi abbati se tradent aut XXX libras
persolvent obsides, quorum nomina sunt hec : Balduinus,
Albertus, Lambertus, Odo, Arnulfus, Walterus, Gamelo. Quando
vero aliquis eorum vita decesserit, eam obsidionem subibit
30 cum sacramento, quando in beneficio successerit. Actum
Corbeie, anno incarnationis dominice M° LV°, jubente, immo
legente comite Balduino, ordinante quidem Deo, sed prolo-

a. partie endommagée.

1055 quente Wisidone Ambianensi... [a] signatorum, quos monstrat subjecta descriptio. S. comitis Balduini. S. comitis Rotgeri (1). S. comitis Willelmi de Avv [b] (2). S. Rorigonis. S. Balduini filii Rorigonis. S. Rotberti Atrebatensis. S. Waldrici castellani. S. Lamberti. S. Drogonis Ambianensis. S. Gerardi. S. Engeranni Montis Desiderii. S. Widonis archidiaconi. S. Fulconis abbatis. S. Gelonis decani. S. Hugonis monachi. S. Waldonis. Ego, abbas Fulco, recognovi et subscripsi. Fulco.

1er novembre 1115.

1er novemb. 1115 LE PAPE PASCHAL II CONFIRME A L'ABBAYE DE CORBIE L'AUTEL DE BERTHEM ET LA DIME DE NEERYSSCHE (De altari de Berchem et de decima de Hisca).

Cartulaire blanc de Corbie (XIIIe et XIVe siècles), fol. 29, verso, *à la Bibliothèque nationale, à Paris, ms. lat.*, n° 17759.

Paschalis, episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri
fol. 30 r° Rodulfo, Remensi ‖ archiepiscopo, salutem et apostolicam benedictionem. Pie postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri. Quamobrem nos benigne postulationem tue dilectionis accepimus et ei postulatum accommodamus effectum. Statuimus enim ut altare de Berchem (3) et decima de Hysca (4), que de Godescalki et Lamberti clericorum invasione

a. partie endommagée.
b. sic *au texte.*

(1) Roger, comte de Saint-Pol.
(2) Guillaume, comte d'Eu.
(3) Berthem, arrondissement et canton de Louvain.
(4) Neeryssche, arrondissement et canton de Louvain.

per ecclesiasticum erepta judicium fraternitatis tue sollicitudo 1er novemb.
Corbeiensi monasterio restitui laboravit, firma in perpetuum 1115
eidem monasterio et illibata serventur, nec ulterius aut supradictis clericis Godescalko et Lamberto, aut aliis personis
5 quibuscumque, liceat bona eadem invadere aut quibuslibet ingeniis suo usui vendicare. Si quis autem adversus hec temerario ausu venire temptaverit, honoris et officii sui periculum patiatur aut excommunicationis ultione plectatur, nisi presumptionem suam digna satisfactione correxerit. Datum Anagnie
10 per manum Johannis diaconi, kal. nov., indictione VIII.

1120

NOTICE D'UNE DONATION DE BIENS A BEERINGEN EN FAVEUR DE 1120
L'ABBAYE DE CORBIE (apud Beringas, super alodio duorum mansorum).

15 *Cartulaire blanc de Corbie,* fol. 54, recto, *à la Bibliothèque nationale, à Paris, ms. lat.,* n° 17759.

Anno incarnationis dominice M° C° XX°, indictione XIIII°, regnante Henrico III°, imperatore Romano, quidam Henricus, filius Alberti de Hare, allodium duorum mansorum, propria et
20 justa pecunia emptum contra Hezelonem et Ricardum apud villam Dodulonie (1), tradidit sancto Petro in Corbeia, cui tunc preerat venerabilis abbas Nicholaus. Quod quidam Evelinus censuali jure accipiens persolvit eidem ecclesie singulis annis, in vigilia natalis Domini, ‖ duos solidos in villa Beringe (2). fol. 54 v°
25 Cui successurus quicumque heres statim, in accipienda ipsa terra, preter annualem censum, duos solidos persolvere debet.

---

(1) Lieu inconnu.

(2) Beeringen, canton de ce nom, arrondissement de Hasselt.

1120 Tradidit etiam predictus Henricus bonnarium terre presbytero ejusdem ville, qui omni ebdomada pro salute anime sue parentumque suorum missam celebret. Actum et confirmatum est hoc, presente domino Godefrido ejusdem cenobii monacho, et comite advocatoque Arnulfo (1) et Wenrico de Calmunt, aliisque astantibus quamplurimis testibus.

1123-1142.

1123-1142 ROBERT, ABBÉ DE CORBIE, DONNE AUX MOINES RÉSIDANT A HOUTHULST LES TERRES VAGUES DE LA FORÊT DE CE NOM (Carta Roberti abbatis de vacua terra nemoris Walnosie).

Cartulaire blanc de Corbie, fol. 69, recto, *à la Bibliothèque nationale, ms. lat.*, n° 17759.

Notum sit omnibus tam futuris quam presentibus, quoniam ego Robertus abbas, Corbeie postulatione fratrum nostrorum monachorum et eorumdem rogatu, donavi omnem vacuam terram Sancti Petri de nemore Walnosie (2) fratribus ibidem Deo servientibus, adhibita tali ex condicto pactione, quatinus in memoriam donationis illius ecclesia prefati loci, videlicet Walnosie, ecclesie Corbeiensi, singulis annis, in festo sancti Dyonisii, persolveret x solidos Corbeiensis monete ad refectio-
fol. 69 v° nem fratrum, quoad ipse, ‖ Deo prestante, viverem. Post obitum vero nostrum, predictus census, singulis quoque annis, in die nostri anniversarii providentie vel dispositioni monachorum persolveretur. Porro hanc donationem ego Robertus et totum capitulum pari assensu decrevimus, concessimus et sub anathemate inviolabilem in perpetuum constaturam firmavimus.

---

(1) Arnould II, comte de Looz.

(2) La Walnoise.

17 mai 1151.

THIERRY, COMTE DE FLANDRE, DONNE A L'ABBAYE DE CORBIE LA PART QU'IL POSSÉDAIT DANS LA FORÊT D'HOUTHULST (Carta Theoderici comitis Flandrensis, de nemore Walnosiensi) (1). 17 mai 1151

5 *Cartulaire noir de l'abbaye de Corbie*, fol. 206, *à la Bibliothèque nationale, ms. lat.*, n° 17756 A. — *Cartulaire blanc*, fol. 67, *ms. lat.*, n° 17759 B.

Theodericus, Dei gratia Flandrensium comes, universis fidelibus Christi. Notum fieri volumus universis nemus de 10 Woltehulst[a] (2) inter me et Corbeiensem ecclesiam commune ab antiquo extitisse, cujus facta venditione, cum Alcherus, prior ecclesie ibidem in honorem beati Michaelis site, ad utilitatem et conservationem loci sui partem emisset reservandam, ad petitionem N[icholai] Corbeiensis abbatis, supradicti quoque 15 A[lcheri] prioris, partem meam quam in terra et nemore communem cum eis hactenus habueram, loco id necessarium ratus, presente conjuge mea S[ibilla], videntibus quoque et collaudantibus hominibus meis, prefate ecclesie, ob peccatorum meorum veniam, ad usum Deo ibidem servientium, datis 20 litteris meis remissoque omni potestatis nostre jure, concessi libere de cetero possidendam. Actum Brugis, anno Domini M° C° L° I°, die Ascensionis Domini. || Signum Sibille comitisse. S. Radulfi, castellani Brugensis. S. Arnulfi de Orscamp. fol. 67 v°

a. Waltehust. B.

---

25 (1) Il semble résulter de cet acte que la forêt d'Houthulst n'était qu'une partie de la Walnoise.

(2) Houthulst, dépendance de Clercken, arrondissement de Furnes, canton de Dixmude.

17 mai 1151 S. Ysaac de Stades[a]. Signum Henrici dapiferi de Morselede. Signum Gisleberti de Nivella. Signum Willelmi de Scuira. Signum Lambini de Winghine.

1158.

1158 NICOLAS, ABBÉ DE CORBIE, TERMINE UN DÉBAT ENTRE L'ABBAYE ET GUILLAUME, MAIEUR DE HUYSSE (Carta Nicolai abbatis de pace facta inter ecclesiam Corbeiensem et Willelmum majorem de Uscia) (1).

Cartulaire blanc de l'abbaye de Corbie, fol. 58, recto, *à la Bibliothèque nationale, ms. lat.,* n° 17759.

fol. 58 v° ‖ Ego N[icholaus], Dei gratia ecclesie Corbeiensis humilis minister, consilio seniorum nostrorum totiusque capituli, commutationem quandam cum Willelmo majore nostro de Usciis (2) feci, que hujusmodi probatur esse. Pater hujus Willelmi, infidelius quam deberet erga nos agens, justi rectique oblitus, consuetudines quasdam nefandas in curte beati Petri, que apud Uscias est, assueverat agere, dicens esse sui juris, instante

a. B. *omet les noms des témoins qui suivent.*

(1) On lit dans un rôle des feudataires de l'abbaye, de l'an 1200 environ : « Willermus, maior de Husciis homo noster est ligius. Quando heres ejus ad terram venit, LX solidos pro relevamine debet domino abbati; et nobis debet exercitum et equitatum; fidelitatem facit domino abbati de hominio et justiciis; et quando novus abbas fit Corbeie, iterum hominium et fidelitatem facit de hominio et justiciis. » BOUTHORS, *Coutumes locales du bailliage d'Amiens*, t. I, p. 329.

(2) Huysse, arrondissement de Gand, canton de Cruyshautem.

tempore augusti mensis, se positurum in campis nostris 1158
secatores segetum, carrucatores frugum decimarumque; in
horreo nostro encassatorem garbarum, batatores bladi. Pro
his igitur nec nominandis consuetudinibus, ab ecclesie nostra
5 sepius excommunicatus, diem clausit extremum. Cujus vestigia
filius sequens, que pater non jure sed violenter tenuerat
tenere et ipse voluit; sed a nobis excommunicationis sententie
multotiens subjacuit. Tandem facti penitens, consilio fratris
Hugonis tunc inibi degentis, venit Corbeiam cum eodem,
10 emendare volens quicquid in ecclesiam beati Petri ipse et pater
ejus deliquissent. Cujus emendationis hec fuit summa : illas
consuetudines que superius scripte sunt et omnes illas quas
clamabat in horreo, et curte, et in campis, et conregium
corveiarum quod sibi deberi asserebat eo die quo illas submo-
15 nebat, ante presentiam nostram totiusque conventus in
perpetuum dereliquit, et manu propria per hanc cartam super
altare deposuit; eo tamen tenore ut nos ei in feodo concede-
remus annonam decime de Roingehem (1). Nos ergo paci stu-
dentes, consilio presentium, ei quod petebat concessimus, || ita fol. 59 r°
20 tamen ut potestatem non habeat illum feodum cuiquam absque
assensu nostro distrahendi vel vendendi, aut alicui ecclesie in
elemosinam dandi. Hujus conventionis testes quidem extiterunt,
de meo : Ricerus prior, Arnulfus, Johannes camerarius, Fulbertus
prepositus, Fulco puer, Gervasius puer, totusque conventus.
25 De militibus vero : Walterus de Heilli, Walterus filius ejus,
Egidius, Obertus de Vaus. De militibus autem Flandrensibus :
Eustachius advocatus, Henricus frater ejus, Balduinus de
Audenghem, Walterus de Bertinghehem, fratres ejusdem
Willelmi, Baldus atque Evrardus. Isti in ecclesia Usciensi, in
30 conspectu populi, hanc conventionem concesserunt. Hec con-
ventio facta est anno Incarnationis dominice M° C° LVIII°.

---

(1) Roygem, dépendance de Mullem, arrondissement de Gand, canton de Cruyshautem.

18 avril 1163.

18 avril 1163 LE PAPE ALEXANDRE III DÉFEND A L'ÉVÊQUE D'ARRAS D'APPELER L'ABBÉ DE CORBIE PERSONNELLEMENT AUX SYNODES DIOCÉSAINS DU CHEF DES BIENS QUE L'ABBAYE POSSÈDE DANS CE DIOCÈSE.

Manuscrit de Corbie intitulé Flavius Joseph, fol. 279, *à la Bibliothèque nationale, ms. lat.*, n° 16730.

Alexander episcopus, servus servorum Dei, Andree dilecto filio nostro Atrabatensi episcopo, salutem et apostolicam benedictionem. Significavit nobis dilectus filius noster Johannes Corbeiensis abbas quod tu occasione ecclesiarum quas in tuo episcopatu possidet, eum ad synodos tuas venire compellas, et hac consideratione sibi et ecclesiis suis, si ipsum synodis tuis non interesse contigerit, sepe gravamina et dampna imponis. Unde, quoniam hoc ei prorsus difficile ac intolerabile foret, et a ratione penitus alienum, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus, dummodo monachus sive presbyter, qui ecclesiis illis deserviunt, synodis tuis intersint, prefatum abbatem nulla ratione in hoc gravare presumas. Eadem enim ratione quisque episcoporum in quorum parrochiis ecclesie memorati abbatis consistunt, eumdem posset abbatem gravare. Ea vero que sepefato abbati abstulisse diceris, sibi, postposita mora, resignes. Datum Parisius XIIII, kal. maii.

1145-1164.

HENRI, ÉVÊQUE DE LIÉGE, RAPPELLE LES DROITS DE L'ABBAYE DE CORBIE SUR L'AUTEL D'EELEN (Carta Henrici, Leodiensis episcopi, de ecclesia de Helim, cum appenditiis suis). 1145-1164

Cartulaire blanc de l'abbaye de Corbie, fol. 60, recto, *à la Bibliothèque nationale, ms. lat.*, n° 17759.

Henricus secundus, Dei gratia Leodiensis episcopus, tam presentibus quam futuris in perpetuum. Officii nostri ratio exigit ut malis cotidie invalescentibus attinentis remedii objectione resistamus. Inde est quod jura Corbeiensis monasterii, que habet in ecclesia de Hellim (1), hujus scripti taxatione commemorare curavimus, ut eorum certa expressione omni in posterum errori prescribamus. Predicta igitur ecclesia de Helim cum omnibus pertinentiis ejus Corbeiensis ecclesie est. Due vero partes et minoris et majoris decime, tam de nutrimentis quam de sationibus et de omni proventu sunt ejusdem Corbeiensis ecclesie; tertia tantum sacerdotis; curia tamen sacerdotalis, mansi et agri dotales nullas debent decimas Corbeiensi ecclesie. Similiter dominicalis curia Corbeiensis ecclesie et tota colonia carruce eorum, quam diebus nostris et Symonis prepositi habuisse dinoscitur, et bonuarium Wecheken non tertiabit decimas suas sacerdoti, sed pari jure et cultura dominicalis et terra sacerdotalis utrobique libera erit ab omni decimarum debitione. Sane si abbatem Corbeiensem in persona sua ad partes illas venire contigerit, sacerdos predicte ecclesie cereos de more competentes cum minutis candelis in obsonium vespertinum dabit. Si vero non venerit, estimationem eorum, duos scilicet solidos, preposito ejus in pasca Domini solvet. Ut igitur hec predicta solidum

(1) Eelen, arrondissement de Tongres, canton de Maeseyck.

1145-1164 valitudinis sue statum obtineant, diffinitiones eorum presenti pagina conscribi et paginam ipsam imagine nostra fecimus insigniri.

1158-1165 (1).

1158-1165 ALEXANDRE, PRÉVÔT ET ARCHIDIACRE DE L'ÉGLISE DE LIÉGE, DONNE A L'ABBAYE DE CORBIE LE PERSONNAT DE BORGHAREN OU DE BOMMERSHOVEN-HAEREN (Carta de ecclesia de Hare).

Cartulaire blanc de l'abbaye de Corbie, fol. 63, recto, *à la Bibliothèque nationale, ms. lat.,* n° 17759.

Johanni, Dei gratia Corbeiensis ecclesie venerabili abbati, ceterisque dilectis in Christi fratribus ejusdem monasterii religioso conventui, Alexander, eadem gratia Leodiensis ecclesie major prepositus et archidiaconus, salutem et dilectionem in Domino. Aldrammus, clericus noster, qui tenebat personatum ecclesie nostre de Hara (2), venit in nostra presentia coram fratribus nostris et donum ejusdem ecclesie in manibus prepositi Gosuini sponte sua deponendo resignavit, et pari voluntate, absque omni coactione, ut se perfectius a parrochiali sollicitudine exueret, domum altaris et curam animarum predicte

(1) Jean fut abbé de Corbie de 1158 à 1172; l'archidiacre Alexandre fut élu évêque de Liége en 1165.

(2) Alexandre étant archidiacre de Hesbaie, c'est dans les limites de cet archidiaconé qu'il faut chercher la localité ici désignée sous le nom de *Hara;* il en existe deux : l'une, Bommershoven-Haeren, arrondissement et canton de Tongres et ancien doyenné de ce nom; l'autre, Borgharen, dans l'ancien doyenné de Maestricht. Voir le pouillé du diocèse de Liége, dans DE RIDDER, *Les diocèses de la Belgique avant 1559,* pp. 113 et 124; comparez DE REIFFENBERG, *Monuments,* etc., t. I, pp. 680 et 681.

ecclesie in manus nostras reddidit. Cum igitur eadem ecclesia 1158-1165
de jure archidiaconatus nostri vacaret, et nobis et vobis ex mandato pape Adriani et intuitu religionis et honestatis vestre, petitione quoque fidelium nostrorum, Stephani, venerabilis
5 abbatis de Sancto Jacobo, et magistri Benedicti, decani de Sancto Johanne, eandem ecclesiam de Hara ‖ cum omnibus fol. 63 v°
pertinentiis suis liberam ab omni debitione substituende in futurum persone, Corbeiensi ecclesie concessimus, et conscriptum nobis de eadem libertate privilegium amantissimi domini nostri
10 Henrici, Leodiensis episcopi, approbavimus et recepimus, hac tantum exceptione ut vicario, qui a preposito nostro ad officium parrochiale constituendus est, competentem sufficientiam de bonis ejusdem ecclesie, sub testimonio decani et fratrum concilii nostri stabiliter provideatis, et jura episcopalis et
15 archidiaconalis obsonii suo tempore reddatis, et jus celebrandi annuatim synodum juxta morem personarum que fuerunt in eadem ecclesia nobis conservetis. Petimus ergo ut in communionem orationis et beneficiorum ecclesie vestre nos recipiatis. Decet etiam ut, quia pre ceteris personis archidiaconatus nostri
20 honoravimus vos privilegio libertatis, prepositis vestris majoris obsequii nostri studium injungatis.

Mars 1164-1165.

LE PAPE ALEXANDRE III DÉFEND A L'ÉVÊQUE DE TOURNAI DE RÉCLAMER A L'ABBAYE DE CORBIE LA SOMME DE VINGT SOUS POUR DROIT
25 DE GITE, A RAISON DE SON DOMAINE DE HUYSSE. Mars 1164-1165

Manuscrit de Corbie, intitulé Flavius Joseph, fol. 279, *à la Bibliothèque nationale, ms. lat.*, n° 16730.

Alexander episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio nostro Giraldo, Tornacensi episcopo, salutem et apostolicam benedictionem. Ex transmissa narratione abbatis et fratrum

Mars 1164-1165 monasterii Corbeiensis nuper accepimus quod, cum ab obedientia sua de Uscia viginti solidos pro nostra procuratione requiris, cum eis à nobis et predecessoribus nostris Romanis pontificibus, in privilegiis suis, sicut nos ipsi vidimus, indultum esse noscatur quod nullus episcopus in ipso monasterio vel obedientiis ejus, preter Romanum pontificem, aliquam obtineat dominationem vel eidem quamlibet exactionem imponat; quoniam igitur secundum libertatem sibi indultam nobis per manus proprios servierit, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus obedientiam prescriptam occasione procurationis nostre in nullo graves, vel propter hoc aliquid ab ea requiras. Datum Senones, XIII kal. aprilis.

1165.

1165 ALEXANDRE, ÉVÊQUE DE LIÉGE, CONFIRME A L'ABBAYE DE CORBIE LE DON DU PERSONNAT DE BORGHAREN OU DE BOMMERSHOVEN-HAEREN.

Cartulaire noir de l'abbaye de Corbie, fol. 213, verso, *à la Bibliothèque nationale, ms. lat.*, n° 17758.

In nomine sancte et individue trinitatis, Alexander secundus, Leodiensis ecclesie Dei gratia humilis minister, venerabili fratri Johanni, Corbeiensis ecclesie abbati, et ejus successoribus in perpetuum. Que ecclesiarum utilitatibus conferuntur et donationis auctores et tuitionis equali[ter] apud Deum mercedem remunerant. Ea propter, dilecti fratres in Domino, quod in diebus archidiaconatus nostri a bone memorie predecessore nostro, domino Henrico, factum cognovimus et approbavimus, ad episcopalem vocati sollicitudinem recognoscere et confirmare dignum estimavimus. Aldrannus clericus, qui sub nomine personatus ecclesiam de Hara tenuerat, in concilium sollempne

coram nobis et fratribus concilii veniens, eumdem personatum 1165
in manum Gozuini, tunc temporis ejusdem loci prepositi, sponte
sua deponendo ad opus ecclesie nostre resignavit. Eumdem
igitur personatum et donum altaris liberum ab omni substitu-
5 tione persone idem venerabilis predecessor noster favore nostro
et assensu petitioni ecclesie nostre conscribi jussit. Nos ergo,
quod vidimus et audivimus et manus nostre tractaverunt,
conscripto juxta tenorem privilegii domini Henrici nostro
privilegio confirmare et sigillo nostro communire voluimus,
10 ut videlicet, sicut dictum est, ejusdem ecclesie et altaris
possessio libera et inconcussa Corbeiensis ecclesie in perpetuum
maneat; hac tamen exceptione ut a preposito vestro quem
eidem loco constitueritis jura episcopalis et archidiaconalis
obsonii suo tempore reddantur, et jus celebrandi annuam
15 synodum in ecclesia archidiacono servetur, pro hiis omnibus
communionem orationum et beneficiorum ecclesie vestre
reposcentes. Decrevimus igitur ut nulla omnino ecclesiastica
secularisve persona monasterium vestrum de hac possessione
ulterius inquietare presumat; alioquin Leodiensis ecclesie
20 disciplina se cohercendam cognoscat. S. Balduini, S. Amalrici,
S. Brunonis, archidiaconorum. S. Drogonis, abbatis de Sancto
Jacobo. S. Hugberti, decani majoris ecclesie. S. magistri Bene-
dicti, decani ecclesie Sancti Johannis. S. magistri Godefridi de
Scora, Henrici de Werdene, magistri Drogonis, capellanorum.
25 S. personarum Tungrensis concilii, Godefridi decani, || Wede- fol. 214 r°
rici de Riwezon, Guntheri de Hasluth, Wederici de Alleka, Ge-
rardi de Los. Actum anno Incarnationis dominice M° C° LX° V°,
indictione XIII^a, in terra Leodiensi, feliciter.

1177

1177 EVRARD, AVOUÉ DE NEERYSSCHE, FAIT HOMMAGE A L'ABBAYE DE CORBIE ET RECONNAIT TENIR D'ELLE LA MAISON QU'IL OCCUPE ET UN BOIS AU DELA DE LOONBEEK (Carta recognitionis Everardi advocati de Ysca, qui domum suam a nobis tenere debebat).

Cartulaire blanc de l'abbaye de Corbie, fol. 57, recto, *à la Bibliothèque nationale, ms. lat.*, n° 17759.

Noverint tam futuri quam presentes quod Everardus, advocatus de Hischa, Corbeiam veniens, michi Hugoni, ecclesie Corbeiensi tunc Deo auctore presidenti, hominium suum fecit domumque suam et firmitatem illam in qua tunc manebat ab ecclesia Corbeiensi se tenere, in presentia nostra et curie nostre, recognovit. Communi vero consensu et nostri videlicet et ipsius Everardi, nemus illud quod jacet ultra Lunebeke (1) idem Everardus a nobis, sicut ab antecessore nostro domno Nicholao tenuerat, in feodum et ad censum tenendum recepit, tali scilicet pacto quod, singulis annis, duos denarios monete illius provincie de unoquoque bonuario tribus terminis anni, in natali Domini, in Pascha, in natali sancti Johannis Baptiste, persolvet; singulis quoque duobus annis decem bonuaria, absque omni penitus ecclesie expensa, disrumpet, ita quod infra X^cem^ annos omne nemus extirpabit; et ecclesia prefatum censum et insuper de terra disrupta decimam recipiet. Si quid autem de nemore preter X^cem^ annos disrumpendum superfuerit, totum libere et ex integro ad ecclesiam redibit, ita quod Everardus omne jus deinceps illud possidendi amittet, nisi a
fol. 57 v° communi Corbeiensis ‖ capituli assensu redditum eidem fuerit.

(1) Loonbeek, arrondissement et canton de Louvain.

Ipse quoque Everardus sive successor ejus in curiariis, id est 1177
curiam Sancti Petri inhabitantibus, sive in hospitibus in terra de dote altaris manentibus, sive in culturis, sive in cambariis nullum domini jus possidebit. Si quis autem de nemore
5 prescripto aliquid sibi injuste usurpaverit, Everardus tamen statutum censum persolvet, et ab injusta usurpatione desistere quemlibet compellet. Hec omnia in curia nostra, me presente, Everardus se observaturum spopondit et etiam juramento confirmavit. Ut autem rata sint, et sigillum nostrum apposui-
10 mus, et testes subscribi fecimus. Huic compositioni interfuerunt de monachis : Fulbertus prepositus, Hugo de Foro, Henricus, Symon, Bernardus; de clericis : Nicholaus presbyter de Hysca, Stephanus clericus de Corbeia, Lambertus frater ipsius Everardi; de militibus : Radulfus castellanus Corbeie, Hu-
15 go prepositus, Olricus miles; de burgensibus : Olricus, Oilardus, Theodericus. Actum anno Verbi incarnati M° C° LXX° VII°.

1190.

PHILIPPE, COMTE DE FLANDRE, RECONNAIT QUE L'ABBAYE DE CORBIE 1190
A DROIT A LA MOITIÉ DE TOUS LES PRODUITS D'HOUTHULST.

20 *Cartulaire blanc de Corbie*, fol. 67,
à la Bibliothèque nationale, ms. lat., n° 17759.

Ego Philippus, Flandrensis et Viromandensis comes, notum fieri volo universis tam presentibus quam futuris quod medietatem omnium que ex venditione nemoris Walnensis prove-
25 nerint, vel de wastinis, vel de turbonibus, ecclesie Corbeiensi recognosco, sicut in scripto Roberti, quondam Flandrie comitis, continetur. Ut igitur maneat hec mea recognitio inconvulsa, sigilli mei impressione presentem paginam roboravi. Actum apud Alost, anno Domini M° C° X° C°.

VII.

L'ABBAYE DE MONT SAINT-ÉLOI.

L'abbaye de Mont Saint-Éloi ou de Saint-Vindicien fut fondée dans la seconde moitié du XIe siècle (1). Sa fondation fut approuvée par un acte, non daté, de Liébert, évêque de Cambrai (1049-1076) (2). La bulle qui suit se rapporte à l'institution du monastère.

1er novembre 1076.

1er nov. 1076 LETTRES DU PAPE GRÉGOIRE VII A LIÉBERT, ÉVÊQUE DE CAMBRAI; IL LUI DÉFEND, A LUI ET A SES SUCCESSEURS, D'USURPER LES BIENS DE L'ABBAYE DE MONT-SAINT-ÉLOY, OU DE LES DONNER A D'AUTRES. 5

Collection Moreau, t. XXXI, p. 134, *à la Bibliothèque nationale, à Paris.*

Gregorius episcopus, servus servorum Dei, L[ietberto], dilecto in Christo filio Cameracensis ecclesie episcopo, suisque successoribus, salutem et apostolicam benedictionem. Superne miserationis respectu ad hoc universalis ecclesie curam suscipimus et apostolici moderaminis sollicitudinem gerimus, ut justis precantium votis faveamus, et equo libramine actis omnibus 10

(1) Mont-Saint-Éloy, arrondissement d'Arras, canton de Vimy.

(2) DE CARDEVACQUE, *L'abbaye de Mont-Saint-Éloy*, p. 181.

in necessitate positis quantum, Deo donante, possumus, subvenire debeamus. Proinde juxta petitionem tuam ecclesie beati Vinditiani hujusmodi privilegio auctoritatisque decreto indulgemus, concedimus atque firmamus, statuentes nullum successorum tuorum, nullum sanctissima dignitate preditum, vel quemque alium, de his que eidem venerabili loco a te vel a quibuslibet hominibus de proprio jure jam donata sint vel in futurum, Deo miserante, collata fuerint, sub cujuslibet cause occasionisve specie minuere vel auferre et suis usibus applicare vel aliis concedere; sed cuncta que oblata sunt vel ibi offerri contigerit perenni tempore integra a clericis loci illius et sine inquietudine volumus possideri, eorum quidem usibus, pro quorum sustentatione gubernationeque concessa sunt, modis omnibus profutura. Hec igitur omnia que hujus precepti decretique nostre pagina continet, tam tibi quam cunctis qui tibi successerint in proprium servanda decernimus. Si quis vero episcoporum, etiam clericorum vel secularium personarum, hanc constitutionis nostre paginam cognoscens, contra eam venire temptaverit, potestatis honorisque dignitate careat reumque se divino judicio de perpetrata iniquitate cognoscat, et nisi que ab illo sunt male ablata restituat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei domini redemptoris nostri Jhesu Christi alienus fiat, atque in eterno examine districte ultioni subiciat; cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax domini nostri Jhesu Christi, ut hic fructum bone actionis recipiant, et aput districtum judicem premia eterne pacis inveniant. Datum Lateranis, kal. nov., per manus Petri, sancte Romane ecclesie presbyteri cardinalis ac bibliotecarii, anno IIII pontificatus domini Gregorii VII pape, indictione XIII (*Rota*). Bene valete.

1er nov. 1076

VIII

L'ABBAYE DE SAINT-NICOLAS-AU-BOIS.

L'abbaye de Saint Nicolas au Bois (*Sanctus Nicholaus de Silva que dicitur Vedogium, Sanctus Nicholaus de Saltu*) (1), fondée vers 1085, obtint, en 1117, de Burchard, évêque de Cambrai, l'autel d'Arc-Aisnières.

En 1133, elle reçut à cens de l'évêque Liétard les redevances de l'église de Wetteren. L'autel de cette dernière localité appartenait au chapitre de Cambrai et lui avait été donné par l'évêque Manassès, en 1098 et 1100 (2). A la suite de la donation de Liétard, il surgit, entre l'abbaye et le chapitre, un débat concernant la juridiction à exercer sur l'autre rive de l'Escaut appartenant au diocèse de Tournai. L'accord qui intervint fut confirmé, avant l'année 1137, par les deux évêques de Tournai et de Cambrai (3).

---

(1) Saint-Nicolas-au-Bois, arrondissement de Laon, canton de la Fère (Aisne).

(2) Le Glay, *Glossaire topographique de l'ancien Cambrésis*, pp. 25 et 26. Cette possession fut confirmée au chapitre par une charte de l'évêque Odon, de l'an IIII. *Ibid.*, p. 31.

(3) Wauters (*Analectes de diplomatique*, p. 234) a publié l'acte de ratification de Simon, évêque de Tournai. L'acte de l'évêque de Cambrai se trouve à la Bibliothèque nationale, à Paris, dans un cartulaire du chapitre de Cambrai (*Manuscrits latins*, n° 10968, fol. 47); mais la copie en a été faite avec beaucoup de négligence.

1117.

BURCHARD, ÉVÊQUE DE CAMBRAI, DONNE A L'ABBAYE DE SAINT-NICOLAS-AU-BOIS L'AUTEL D'ARC-AISNIÈRES. 1117

Original en parchemin, sceau disparu, à la Chambre des comptes, à Lille.

In nomine sancte et individue Trinitatis, Burgardus, divina miseratione Cameracensis episcopus, tam presentibus quam futuris in perpetuum. Si quod scriptum est : « *non defrauderis a die bona et particula boni doni non te pretereat* », discretionis oculo intueamur, nichil in temporalibus bonis efficacius quam ut aecclesiarum profectui, debito caritatis affectu, innitamur. Quocirca, ob animae nostrae et predecessorum nostrorum memoriam, venerabili ecclesiae Sancti Nicholai de Silva, ob religionis et boni nominis prerogativam, altare de Arc (1) cum appendicio suo, liberum et sine persona, salvis episcopi et ministrorum suorum reditibus, concedimus, eo canonicae institutionis tenore, ut presbiteri ibi cantaturi curam de manu episcopi recipiant et de sinodalibus ministris suis respondeant. In prevaricatores igitur anathematis infamia promulgata, ut ecclesiae prelibatae, scilicet Sancti Nicholai de Silva, rata deinceps permaneant, sigilli nostri auctoritate consolidamus, et autenticarum personarum testimonio corroboramus. Signum Radulfi archidiaconi. S. Johannis archidiaconi. S. Anselli archidiaconi. S. Theodorici archidiaconi. S. Evrardi archidiaconi. S. Erleboldi prepositi. S. Erleboldi decani.

Actum est autem hoc anno incarnati Verbi M° C° X° VII°, indictione XI, presulatus domni Burgardi secundo. Ego Weriboldus cancellarius scripsi et recognovi.

---

(1) Arc-Ainières, arrondissement de Tournai, canton de Frasnes.

1133.

1133 LIÉTARD, ÉVÊQUE DE CAMBRAI, DONNE A CENS A L'ABBAYE DE SAINT-NICOLAS-AU-BOIS LES REDEVANCES DUES A L'ÉVÊQUE PAR L'AUTEL DE WETTEREN (De obsonio altaris de Wetra).

Original, à la Bibliothèque nationale, à Paris, man. nouv. lat., n° 2306, fol. 4.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Lietardus, Dei gratia Cameracensium episcopus, tam futuris quam presentibus in perpetuum. Scientes scriptum : « *beatus qui intelligit super egentem et pauperem* », et curam habentes pauperum Christi, peticione Cameracensis aecclesie et assensu Theoderici, Brabatensis archidiaconi, qui etiam in eo quod ad ipsum attinebat hanc remissionem ..,[a] [conc]essimus aecclesie Sancti Nicholai de Silva Vedogii obsonium altaris de Wetra (1), pro...[a] is tantum solidis currentis monetae, quotannis persolvendis; interposita conditione tali,[quo]d si aliqua occasione monachi Sancti Nicholai censualitatem predicti altaris dimiserint, michi successoribusque meis idem altare de Wetra, sicut antea solebat, integrum obsonium persolvat. Quod ut ratum in posterum inconvulsumque permaneat, placuit hanc donationem scripto mandare, scriptum vero sigilli nostri inpressione et subscrip-[torum] testium astipulatione confirmare, data prevaricatoribus maledictione, conservatoribus vero...[a] benedictionis inpensa consolatione. S. Theoderici ejusdem altaris archidiaconi. S. Johannis [arch]idiaconi. S. Erleboldi prepositi. S. Oilardi decani. S. Parvini, Sancti Sepulcri abbatis. S. Walteri, abbatis S...[a] oti. Actum anno incarnati Verbi M° C° XXXIII°, presulatus domni Lietardi II°. Ego Guirinboldus cancellarius scripsi et recognovi.

a. mots effacés.

(1) Wetteren, canton de ce nom, arrondissement de Termonde.

IX.

L'ABBAYE DE SAINT-RIQUIER.

L'abbaye de Saint-Riquier possédait à Breedene (arrondissement de Bruges, canton d'Ostende) un prieuré qu'elle conserva jusqu'à la Révolution française (1).

L'origine du prieuré remonte à 1087; en cette année, Ratbod, évêque de Tournai, attribua aux moines de Saint-Riquier le droit de présentation à la cure de Breedene. L'évêque Simon, en 1131, leur donna l'un des deux bénéfices de ladite église. Le privilège du personnat fut renouvelé par l'évêque Évrard; et, en 1182, le pape Lucius III confirma la dotation du prieuré. Une curieuse lettre d'Étienne, évêque de Tournai, à Guillaume, archevêque de Reims, fait, en 1196, une description désolante de l'état de ce lieu (2).

Les archives de l'abbaye de Saint-Riquier ont péri dans un incendie arrivé en 1719. Sous le nom de cartulaire de Saint-Riquier, les archives de la Somme possèdent la

---

(1) L'abbé Hénocque, *Histoire de l'abbaye et de la ville de Saint-Riquier*, dans les Mémoires de la Société des antiquaires de Picardie, Documents inédits concernant la province, t. IX, p. 420, t. XI, p. 373.

(2) M. Wauters (*Table*, etc., t. III, p. 189), en analysant la lettre de l'évêque Étienne, a traduit *Bredenai* par Bredenaerde. Comparer l'abbé Desilve, *Lettres d'Étienne de Tournai*, p. 285.

copie d'un inventaire détaillé des chartes de l'abbaye, rédigé en 1489; il contient l'analyse de vingt documents concernant Breedene, de 1087 à 1461 (1).

Avril 1087.

Avril 1087. NOTICE D'UNE CHARTE DE RATBOD, ÉVÊQUE DE TOURNAI, PAR LAQUELLE IL DONNE A L'ABBAYE DE SAINT-RIQUIER LE PERSONNAT DE L'ÉGLISE DE BREEDENE.

Cartulaire de l'abbaye de Saint-Requier, fol. 14, *aux Archives du département de la Somme, à Amiens.*

« Lettres faisant mention comment l'évêque de Tournay nous accorde le personnage perpétuel de Breedene, situé en son diocèse.

» Cette lettre se commenche : *In nomine Domini sanctæ et individuæ Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus sancti. Ego Raboldus, gratia Dei Noviomensis seu Tornacensis episcopus;* et est dattée : *VI Lrt.*[a] *maii LXXXVII, indictione X, regnante rege Christi*[b] *anno XXVIII, domino Raboldo episcopant* ou *regnant*[c], donnée de Guido sancellier; et contient que dom Gervin, abbé de Saint-Riquier, et Egebert, son moine, lui requièrent que leur église de Bredene et qui étoit à l'usage de ses moisnes, il la vaulsit mettre sous personnage perpétuel; et répondit ledit évêque : *Walteri subdiaconi*[d] *et clericorum*

a. kal.

b. *Il faut lire* Philippo, *au lieu de* Christi.

c. *sic.*

d. archidiaconi.

(1) Nous devons ces renseignements à l'obligeance de M. Georges Durant, archiviste du département de la Somme. — L'abbé HÉNOCQUE (t. XI, pp. 373 et suiv.) cite la plupart de ces actes.

meorum consilio sub personatu perpetuo tenendum concessi, Avril 1087.
par telles conditions que toutes fois que le curé commis se morroit, l'abbé lui en présenteroit un autre, auquel seroit par lui commis la cure des âmes d'icelui lieu, et lequel paieroit
5 audit evêque ou à archediacre x s. ou den. tant seulement tous les ans en la fête saint Simon saint Jude, et x s. quand il venroit au célébrer le senne, et pourtant demeure franc de toute autre exaction, excepté que au IIIIe an il paiera à l'archediacre ou au doyen les droits sinodaux accoutumés. Et est cette lettre
10 un cirographe. Et furent présents, avec ledit évêque, ledit archediacre, Henri doyen, Hermannain prévôt, Sigerus chantre, et v autres témoins, et est signée cette[a] au dos de ce signe : *Prima prioratus de Bredene.* »

a. pièce?

X.

L'ABBAYE DE MARCHIENNES.

On trouve, dans les archives de l'abbaye de Marchiennes, à Lille, la copie d'un prétendu diplôme de Charlemagne, que nous publions à simple titre de curiosité.

La copie est du siècle dernier. Le copiste (dom Queinsert?) aurait eu un original sous les yeux, et il en décrit le sceau comme suit : « *Huic diplomati lectu perdifficili* » *appensum sigillum ad plicas esse duas fuisse cognoscitur,* » *ex eo quod ejus superior particula spherica figura super-* » *est, plicis adhaerescens in cera flava expressum, sed* » *quod vetustate corrosum in frusta detritum perierit.* »

Le Glay a fait mention de ce document, en signalant les particularités qui en montrent la fausseté : l'invocation *In nomine Domini*, la qualification *Francorum rex et imperator romanus*, la mention de connétables, échansons, bouteillers, camériers, le sceau pendant, etc. (1).

L'acte ne figure pas au cartulaire de l'abbaye, qui remonte au XIIIe siècle. Le plus ancien document qu'on y trouve (et dont l'original n'existe plus) est le diplôme connu de Charles le Chauve du 11 juillet 877 (2).

M. L. Vanderkindere, à qui nous avons soumis ce texte, a bien voulu nous adresser la note suivante, qui fait connaître l'époque, en même temps que la cause probable de la fabrication de l'acte.

---

(1) *Mémoire sur les archives de l'abbaye de Marchiennes* (Douai, 1854), p. 15.

(2) Miræus, t. I, p. 138; *RHF.*, t. VIII, p. 666.

« Ce qui frappe tout d'abord dans ce texte, c'est que » trois des signatures qui s'y trouvent apposées appartien- » nent à des personnages connus, du XIIe siècle.

» *Rogerus cancellarius* est le prévôt de Saint-Donatien, » chancelier de Flandre de 1127 à 1156.

» *Walterus buticularius,* qui figure dans une charte » de Charles le Bon en faveur de l'abbaye d'Ouden- » bourg (1119), apparaît fréquemment dans le récit de » Gualbert sous le nom de *Walterus Butelgir* (le bouteil- » ler), ou *Walterus de Vladsloo.* Il mourut en 1127. (Voir » l'édition de M. Pirenne, § 89, p. 134.)

» Enfin *Michael constabularius* a signé un grand nom- » bre d'actes depuis 1133 (diplôme de Thierry à Saint- » Pierre de Gand, Van Lokeren, p. 131), jusqu'en 1180 » (Brassart, *La châtellenie de Douai,* preuves, I, p. 53).

» L'expression : *in Ostrebano regio* me suggère une » autre observation. Il semble qu'elle n'ait dû se ren- » contrer que sous la plume d'un rédacteur qui habitait » sur le territoire de l'Empire et qui voulait insister sur » ce fait que l'Ostrevant relevait de la couronne de » France. Or, ce n'est qu'après le milieu du XIIe siècle » que les comtes de Hainaut ont acquis cette région; » sans doute pour donner à l'acte une apparence plus » grande d'authenticité, on y a attaché des signatures » flamandes, ce qui était logique, puisque l'influence de » la Flandre avait été jusque-là prépondérante dans le » pays.

» Il résulte de ces constatations que, sous sa forme » actuelle, le diplôme de Marchiennes ne peut avoir été » rédigé avant le milieu du XIIe siècle.

» Quant au motif qui a inspiré la fraude, je crois en » retrouver l'origine dans le diplôme par lequel, en 1046,

» Baudouin de Lille, confirmant les possessions de l'ab-
» baye, fait mention des privilèges accordés par Charles
» *(Karolus videlicet magnus imperator)*, et par Lothaire
» (MIRAEUS, IV, p. 179). En réalité, l'empereur Charles,
» dont les archives de Marchiennes avaient conservé un
» acte, était Charles le Chauve ; mais comme son diplôme
» de 877 portait : *Karolus misericordia divina imperator*
» *augustus* (MIRAEUS, I, p. 138), le rédacteur de 1046 s'y
» est trompé et a substitué au fils de Louis le Débon-
» naire, Charlemagne qu'il connaissait mieux (1).

» Or il est probable que, au XIIe siècle, l'abbaye aura
» sollicité de nouvelles confirmations ; nous savons qu'elle
» a subi alors une crise assez intense, due aux usurpations
» de ses avoués. M. Duvivier publie, dans le présent
» recueil, quatre pièces, de 1125 et de 1167, qui ont trait
» à ce conflit. D'autre part, elle obtint des bulles protec-
» trices du pape Calixte II en 1123, du pape Eugène III
» en 1146, d'Alexandre III en 1163-1164, de Lucius III
» en 1184 (Voir DUVIVIER, *Le Hainaut ancien*, p 527, et
» PFLUGK-HARTTUNG, *Acta pontif. rom. inedita*, I, pp. 188,
» 236, 315).

» La préoccupation d'assurer ses droits et ses biens
» est donc évidente, et n'est-il pas permis de supposer que
» les moines de cette époque ont cédé à la tentation de
» reconstituer le diplôme de Charlemagne, dont ils
» croyaient la réalité attestée par la charte de 1046?

---

(1) Cette confusion se remarque dans un inventaire des titres de l'abbaye, de l'an 1533 : « *Unnes lettres en parchemin fort anchiennes* » *scellées en placquart de l'anneau du roy* CHARLEMAGNE, *et données de* » *luy en l'an XXXVIII, V° idus julii, indictione X, etc.* » LE GLAY, p. 19. — Il s'agit là du diplôme de Charles le Chauve.

» Quel est le document dont ils se sont servis pour » dresser la pièce fausse? Je ne puis le déterminer; mais » certainement ils ont fait preuve d'une assez grande » habileté. C'est ainsi que le diplôme ne mentionne que » quatre possessions : Helesmes, Beuvry, Sailly et Boiry; » toutes quatre se retrouvent dans les bulles de 1123, de » 1146 et de 1184, mais noyées au milieu de beaucoup » d'autres, dont sans doute on se rappelait l'acquisition » plus récente.

» J'ajoute que le style de l'acte semble indiquer un » modèle du Xe ou du XIe siècle ; au XIIe siècle, on écrit » plus simplement, les préambules sont plus courts, les » périodes moins contournées. Ici, le choix des mots n'est » pas exempt d'affectation : *Studio voluptatis humane » mentes ad terrena incurvantur, et in lubricum proclivi » admodum celeritate discurrunt.*

» A noter aussi l'expression *series* pour *scriptura.*

» Le passage : *nec arugo (aerugo) scrinii nec tinea » oblivionis posset demoliri* est une allusion à un verset » de l'Évangile de saint Mathieu ; elle se rencontre déjà » dans une donation remontant à 749 (Bordier, *Recueil » de chartes mérovingiennes*, p. 60, reproduite par Théve- » nin, *Textes relatifs aux institutions privées*, p. 68) : » *thesaurisate vobis thesauros in cœlo, ubi non furatur fur, » nec erugo eruginat nec tinea corrumpit.* Les rédacteurs » flamands ne l'ignoraient pas : un acte de 1110 (Saint- » Pierre de Gand, Van Lokeren, p. 116) porte : *thesauri- » zate vobis thesauros in celo, ubi neque erugo neque tinea » demolitur.* »

813.

813 L'EMPEREUR CHARLEMAGNE CONFIRME A L'ABBAYE DE MARCHIENNES SES POSSESSIONS.

Recueil de copies, in-quarto, fonds de l'abbaye de Marchiennes, à Lille. 5

In nomine Domini amen. Ego Karolus, Dei gratia Francorum rex et imperator Romanorum, tam futuris quam presentibus in perpetuum. Studio voluptatis humane mentes hominum de facili ad terrena incurvantur, et in lubricum proclivi admodum celeritate discurrunt; quod ad nos usque à prima radice 10 vitiorum originaliter pervenit. Quapropter necessarium valde omnibus fidelibus esset, ut inter vitiorum tumultus et virtutum naufragia respirare aliquando per pia suffragia possent. His ergo documentis admonitus quamvis in modico, in aliquo tamen contra vitiorum importunitates, alicujus pictatis bene- 15 ficium ecclesie sancte Rictrudis de Marcianis in Ostrebano regio ordinavi, cujus parietates de fundamentis cognationis nostre excreverunt, sperans me cumulato fructu in cœlestibus stipendia recepturum. Hoc autem tenaci formitudine corroboratum ad oculos venture posteritatis transmissi, ut nec arugo 20 scrinii nec tinea oblivionis posset demoliri. Hoc igitur pietatis beneficium nostrum presentis pagine series sic explicat, ut nimirum nobilem villam Marcianas prenominatam, cum ponte, molendino et tractu navium suorum per fluvium Scarp, ea omnimoda libertate, pace et quiete, qua eam prius possidebant 25 Adabaldus dux et Rictrudis uxor ipsius, prefate ecclesie Marcianensi possidendam sub eleemosine titulo perenniter assi-

gnaverunt, ut ex hoc beneficio accresceret proventus, et 813
numerus fratrum et sororum in dicta ecclesia sancte Rictrudis de Marcianis Deo devote servientium : ea lege et conditione ut ab alia persona qualibet, de proventibus et libertate omni-
5 moda, qui in supradicta villa, ponte, molendino et aqua ipsis proveniunt, nihil penitus exigi ab ipsis possit. Sic enim eidem ecclesie prioriter[a] ab antecessoribus nostris concessum et regulariter adscriptum recognovi. Insuper praedia, silvas, Haslenium (1), Basriacum (2), Soliacum (3), Boiriacum (4), et
10 alias nobiles terras circa eam ecclesiam sitas, libere possidendas ecclesie praetaxate pariter adscripsi. Hanc autem paginam, ut inconcussa permaneat legitima definitione celebratam, sigilli mei munimine roboravi et ad hoc idoneos testes subnotavi.

15 Signum Karoli, Francorum regis et imperatoris romanorum. S. Michaelis constabularii. S. Rozelli dapiferi. S. Walteri buticularii. S. Rollonis camerarii. S. Rogeri cancellarii. S. Bozonis notarii. Actum Parisiis, anno Verbi incarnati DCCC° XIII°, kal. augusti, per manum R. cancellarii nostri, imperante semper
20 domino nostro Jesu Christo. Amen.

a. perenniter?

---

(1) Helesmes (France), arrondissement de Valenciennes, canton de Bouchain. Ce lieu est nommé *Helemæ, Helemnæ, Helemmae,* dans les bulles de Calixte II (1er novembre 1123), Eugène III (2 sep-
25 tembre 1146) et Lucius III (15 juin 1184), pour l'abbaye de Marchiennes. Voir nos *Recherches,* etc., p. 527; Pflugk-Harttung, *Acta pontificum romanorum inedita,* t. I, pp. 188 et 315.

(2) Beuvry, arrondissement de Douai, canton d'Orchies. Appelé *Bariacum, Beuvri, Beurui, Beueui,* dans les trois bulles.

30 (3) Sailly, arrondissement d'Arras, canton de Vitry (Pas-de-Calais).

(4) Boiry-Sainte-Rictrude, arrondissement d'Arras, canton de Beaumetz. Voir les bulles citées.

Au dos d'un original de l'an 976 par lequel le roi Lothaire, à la demande de sa femme Emma, restitue la ville de Haisnes à Judith, abbesse de Marchiennes, on lit une copie d'acte, d'une écriture du même siècle, par lequel l'abbesse Judith, en présence du roi Lothaire, donne à cens trois manses sises à Ouvert. Cet acte qui, ainsi que nous le fait remarquer M. Vanderkindere, rappelle les formules de l'époque mérovingienne ou du commencement de l'époque carlovingienne, mérite à ce titre et par le style barbare de sa rédaction, d'être conservé. Le Glay, qui l'avait pris d'abord pour l'acceptation par l'abbesse Judith de la restitution du roi Lothaire, l'a publié, mais incomplètement, dans les annotations d'une bulle de Calixte II de l'an 1123 (1).

976 (?).

976 (?) JUDITH, ABBESSE DE MARCHIENNES, REMET A DEUX FRÈRES, DURAND ET RENAUD, TROIS MANSES A OUVERT.

Minute ou copie du Xe siècle, fonds de l'abbaye de Marchiennes, à Lille. 5

Ratio dictat et usus approbat ut quisque necessitati providens oportune singula queque dispensent. Quapropter ego Judita abbatissa, cum omni concregatione sancta Rictrudis, a petitionem fideles dedimus cujusdam viros nomine Durandum sive fratrem suum Rainoldum, in pago Leodio in villa que 10 dicitur Over (2), mansos III in jure habendi transfudimus, ut

(1) *Mémoire*, etc., pp. 5 et 31, note 4.

(2) Ouvert, section de Givency lez-La Bassée, arrondissement de Lille, canton de La Bassée. Ouvert appartenait au *pagus Leticus* (désigné aussi sous les formes *Letigus, Lidius, Leodius*) : « In eadem

silicet habeant et posideant ipsi et filii eorum. A respectum 976 (?)
date precarie singulis annis, ad festivitatem sancti Vedasti que est kal. octobris, solidos III persolvant. Quod si de hoc censum negligens umquam ususfuerit, secundum legem salicam coga-
5 tur emendaturus. Ad notitiam ergo et hujus facti probationem, duas istas fecimus cartulas ut et eas usquam habuerit et nostra pari ratione confirment. Que ratio... [a].

Actum dominico publice coram testibus multis et videntibus plurimis quorum nomina et signacula subter habeant. Signis
10 Martini prepos. S. Grimoldi. S. Grimberti. S. Gisleberti. S. Richarii. S. Balduini march. S. Vuerini. S. Seiheri. S. Rotberti. S. Beva. S. Vuisegart. S. Amolberga. S Lotharii regis gloriosi. (*Suivent, de la même écriture, les noms suivants*): Tambolt, Bava, Raingart, Stobur, Emma, Ramgar, Amolreda, Godica,
15 Manachin, Rainart, Stabur, Amatus, Alestens, Helette, Gerardus, Geldulfus, Raingardus, Emma, Herierus [b].

2 mars 1103.

LAMBERT, ÉVÊQUE D'ARRAS, CONFIRME LES POSSESSIONS DE L'ABBAYE DE MARCHIENNES, SITUÉES DANS SON DIOCÈSE. 2 mars 1103

20 *Original en parchemin portant le sceau en placard de l'évêque Lambert, très bien conservé, fonds de l'abbaye de Marchiennes, à Lille.*

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, veri ac summi Dei Ego Lambertus, Dei miseratione Attrebatensis episcopus,
25 sepe et multum imploratus, satisfacere volui dulcissimis et

a. trois mots effacés.

b. Ces noms sont omis dans Le Glay.

---

regione (pago Letigo), in villa Overt. » Bulles de Calixte II, d'Eugène III et de Lucius III. — Sur la consistance du *pagus Leticus*,
30 voy. VANDERKINDERE, *Le capitulaire de Servais et les origines du comté de Flandre*, p. 24. *CRH.*, 5, VII.

2 mars 1103 dignis precibus domni Adalardi venerabilis abbatis, de titulo beatorum apostolorum Petri et Pauli Marceniensis cenobii, ceterorumque fratrum ejusdem ecclesie, ut altaria, que personaliter et juste tenuerant, dum Cameracensis ecclesia et haec cui nunc Deo auctore presidemus sub uno pontifice regebantur, liberaliter predicte congregationi firmaremus possidenda. Unde, cum fidelibus nostris communicato assensu et consilio, tibi, frater et fili abba Adalarde, tuisque successoribus legitimis, regulariter viventibus, pro peccatorum nostrorum redemptione, sine aliqua turpis lucri exactione, ipsa altaria non solum concedimus, verum etiam auctoritate qua non nostris meritis sed per divinam misericordiam presidemus, in perpetuum possidenda confirmamus; ea tamen conditione ut, defunctis presbiteris, sicut ratio exposcit et decreta precipiunt, alii qui digni sint preesse ab abbate ad episcopum deducantur, quibus cura animarum ab ipso episcopo gratis impendatur; salvo in omnibus jure Attrebatensis episcopi et redditibus ejus et archidiaconi ministrorumque ejus, preterea promittente nobis et profitente supradicto abbate, sicut filio nostro carissimo, in privatis et publicis negotiis, ecclesiae beate Mariae Attrebatensis et in capitulo et extra capitulum fideliter et obedienter se deserviturum, si vocetur ab eadem ecclesia. Haec autem sunt nominatim altaria : in comitatu Flandrensi pago Letico (1), Lorgias (2), Alcis (3), Masengarba (4), Hainas (5); in pago Attrebatensi, Bairis (6); in comitatu Hai-

(1) Sur ce *pagus*, voir la note de la page 162.

(2) Lorgies, arrondissement de Béthune, canton de Laventie (Pas-de-Calais).

(3) Auchy lez-La Bassée, arrondissement de Béthune, canton de Cambrin.

(4) Mazingarbe, arrondissement de Béthune, canton de Lens.

(5) Haisnes, arrondissement de Béthune, canton de Cambrin.

(6) Boiry-Sainte-Rictrude, arrondissement d'Arras, canton de Beaumetz.

noensi, pago Ostrevanno, Hanic (1), Ascon (2), Hamaticum (3). 2 mars 1103
Hec igitur altaria, que in nominatis villis continentur, ad ecclesiam Marceniensem pertinere notum sit tam futuris quam presentibus. Unde si quis, post hanc nostram diffinitionem, aliquod de altaribus istis manu sacrilega a prefata ecclesia, cui Deo disponente annuimus, alienare vel auferre aut pro eisdem altaribus aliquando pecuniam exigere, vel redditus ipsorum imminuere presumpserit anathema sit. Cujus rei gratia, pignus hoc fraterne caritatis humilitati nostre volumus recompensari quatinus, audito obitu nostro, exequias et tricenarium nostrum, successorum quoque nostrorum, nec non anniversarium, tam presentes fratres et abbates eorum quam ipsorum successores perpetualiter et devote celebrare procurent. Sane quoniam in deterius defluunt tempora, et actiones humane non possunt venire in notitiam posterorum nisi per litteras, hoc libertatis donativum consignari libuit presente pagina. Quod ut inconvulsum et sine refragatione permaneat, sigilli nostri impressione roborari, in augmentum etiam firmitatis annotari testium subscriptorum nomina precepi. Sigillum domini Lamberti episcopi. S. domni Clarenbaldi archidiaconi. S. Roberti archidiaconi. S Aloldi, abbatis Sancti Vedasti. S. Hildeguini, abbatis Acquicinensis. S. Alberti, abbatis Hasnoniensis. S. Johannis, abbatis de Monte Sancti Eligii. S. Odonis prepositi. S. Anastasii cantoris. S. Roberti magistri. S. canonicorum Rogeri, Balduini, presbiterorum. S. Algisi, Balduini, Arnoldi, Rogeri, diaconorum. S. Roberti, Bernaldi, Gerardi, Hugonis, Anselli, Petri, subdiaconorum. S. Walteri, Rodulfi, Bertulfi, Andree, Petri, canonicorum. S. decanorum Mascelini, Athsonis, Guarneri, Johannis, Bonardi, Alardi, Balduini, Ge-

---

(1) Aniche, arrondissement et canton de Douai.

(2) Abscon, arrondissement de Valenciennes, canton de Denain.

(3) Wandignies-Hamage, arrondissement de Douai, canton de Marchiennes.

2 mars 1103 rardi, Radulfi, Johannis de Duaco, Amolrici de Masten. Ego Lambertus, Dei miseratione Attrebatensis episcopus, relegi et subcripsi, et in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti propria manu confirmavi.

Actum Attrebati, anno ab incarnatione domini et salvatoris nostri Jhesu Christi M° C° III°, indictione XI^a^, VI non. martii, anno autem pontificatus domni Lamberti VIIII°.

1125.

1125 CHARLES, COMTE DE FLANDRE, LIMITE LES DROITS DE L'AVOUÉ DE L'ABBAYE DE MARCHIENNES A HAISNES ET DANS LES WEPPES, ET, D'UNE FAÇON GÉNÉRALE, DANS LES POSSESSIONS DE L'ABBAYE (1).

Original en parchemin, sceau disparu, fonds de l'abbaye de Marchiennes, à Lille. — Cartulaire de l'abbaye (XIIIe siècle), à Lille, fol. 34 v°.

In nomine sancte et individue Trinitatis, amen. Ego Karolus, divina ordinante clementia comes Flandrie, notum fieri volo tam futuris quam presentibus, quod Amandus, abbas et monachi sancte Rictudis de monasterio Marceniensi nostram benivolentiam humiliter postulaverint, quatinus hospites ejusdem sancte, qui manent in regione que Weppes (2) dici-

(1) BUZELIN (*Gallo-Flandria,* p. 528) et DUCHESNE (*Histoire de la maison de Béthune,* preuves, p. 20) ont publié un court fragment de cet acte.

(2) On appelait ainsi la contrée située au sud de Lille, entre la Lys, la Deûle et l'Artois (LEURIDANT, *Les châtelains de Lille,* dans les MÉMOIRES DE LA SOCIÉTÉ DES SCIENCES, DE L'AGRICULTURE ET DES ARTS DE LILLE, 1872, p. 497). Cette région comprenait notamment les localités de Salomé, Ennetières, Givenchy, Verlinghem, Pommereau à Aubers, et sans doute Haisnes, Mazingarbe, etc. Les Weppes ne paraissent pas avoir constitué un *pagus* déterminé, puisque la plupart des localités ci-dessus appartiennent au *pagus Leticus.* Voir VANDERKINDERE, *Le capitulaire de Servais, etc.,* pp. 24 et suiv.

tur, contra pravorum hominum incursiones ob amorem Dei 1125
tueremur, et maxime contra eorum violentiam qui se advocatos et defensores verbis dicunt, factis autem negant. Sunt enim oppressores pauperum et, sicut lupi vespertini causis
5 ovium, ita substantiolis eorum diripiendis, tam per se quam per officiales suos, cotidie insidiantur. Hoc abbas et monachi sancte Rictrudis, hoc etiam eorum rustici, ferre non valentes, ad nostram justiciam quasi ad portum confugerunt. Quibus quod justum erat humiliter petentibus facile adquievi, sciens
10 anime mee profuturum eripere inopere [a] de manu fortiorum ejus, egenum et pauperem a diripientibus eum. Omnes igitur hospites Marceniensis monasterii, qui manent apud Hainas et in omni regione Weps nuncupata, ab oppido Basceie (1) per circuitum usque ad metam sancte Rictrudis, in nostram
15 suscepimus advocationem atque defensionem, tale super hac re facientes decretum, ut ipsi rustici, soluto ecclesie censu de suis capitibus, de reliquo sint immunes et omnino liberi ab omni exactione advocationis; excepto quod, si qua legitima debent advocato sancte Rictrudis de antiquis institutis, illa
20 persolvant, deinceps tam ab illo quam ab aliis liberi permanentes. Equalem libertatem habeat tam advena quam indigena, et nulli hominum liceat eos pertubare, vel quolibet modo que eorum sunt auferre, vel adversus eos placitare, nisi in domo sancte Rictrudis apud Hainas, per monachum loci et villicum
25 et scabinos. Et ut hoc decretum nostrum tam a nobis quam a successoribus nostris firmius conservetur, placuit predicto abbati et monachis suis, ut, sicut eorum rustici de villa Masengarba juxta antiquum morem dant ad elemosinam nostram

a. inopem?

---

(1) La Bassée, canton de ce nom, arrondissement de Lille (Nord).

1125 singulis annis xx^{ti} solidos pro respectu nostre advocationis, ita et isti persolvant annuatim xx^{ti}, in memoriam scilicet nostre erga eos liberalitatis et sue ipsorum libertatis. Nunc igitur adjuramus omnes successores nostros, per nomen domini Jhesu, ob cujus amorem miseris rusticis succurrimus, ut nullus eorum presumat hos XL solidos alicui dare aut commutare vel in alios usus detorquere, nisi ad elemosinam ad quam pie deputati sunt tam a me quam a predecessoribus meis. Post hec supradictus abbas et monachi precati sunt benivolentiam nostram, ut ad hec, que de antiqua libertate ejusdem ecclesie comes Balduinus (1), proavus meus, coram conjuge sua comitissa Adela, et coram baronibus suis, Eustachio scilicet comite Bolonie, Rogero comite de Sancto Paulo, Drogone, Gerardo et Fulchone episcopis, et aliis multis tam religiosis quam secularibus viris testificatus est, et scripto suo confirmatum reliquit, meum quoque testimonium et confirmationem adhiberem, et ex his quedam breviter hic annotari preciperem. Eorum igitur humili petitioni libenter annuens, quod comes ille confirmavit hic breviter annotatum omnimodis observandum decerno. Itaque advocato nec alicui terrene potestati, in aliqua villa beate Rictrudis, contra voluntatem abbatis vel monachorum manere liceat, quia Marceniensis ecclesia libera est ab omni redditu advocationis; et villa in qua ipsa sancta corpore quiescit et relique omnes ville ad eam pertinentes ita sunt de dominicatu ipsius sancte, ut nullus hominum in eis vel solum pedem terre habeat, exceptis hospitibus sancte qui ecclesie serviunt. Item non licet advocato in potestate ecclesie preparare convivia, nec latronem accipere, nec corevias, nec bannum, nec precarias, nec collectionem pecunie facere, nec placita tenere. Omnes hospites ecclesie equalem habent liber-

(1) Baudouin de Lille. Voir l'acte qui suit.

tatem, tam advena quam indigena. Advocato non licet eos per- 1125
turbare, vel aliquid ab eis accipere, vel per violentiam exigere. In aquis et nemoribus ecclesie et ceteris rebus que ad eam pertinent, nullum omnino jus habet advocatus. Ejus terras nec
5 emere nec in vadimonium accipere potest. Sciendum quoque quod Marceniensis ecclesia, a beato Amando et nobili matrona beata scilicet Rictrude nobiliter fundata, per quadringentos annos, hoc est a sui constitutione, ab omni redditu advocationis semper libera extitit. Sed quia temporibus predicti
10 comitis, pravorum hominum prevalente nequitia, ad sui defensionem advocato indigebat, Albricus abbas, qui diebus illis eidem ecclesie preerat, ipsi comiti dedit, de proprio alodio beate Rictrudis, II^as carrucatas terre in villa Nigella (1), II^os molendinos in villa Berberia (2), ut bonus esset ecclesie advocatus
15 et defensor. Comes autem terram illam cum molendinis iterum per manum abbatis dedit Hugoni Havet de Albiniaco, ut loco ejus esset ecclesie in omnibus promptus adjutor; quod si negligeret idem Hugo, coram comite et baronibus suis judicavit ut datum et advocationem perderent ipse et successores
20 ejus. Pro his igitur advocatus servire debet ecclesie. De forisfactura quoque ubi ecclesia eum in auxilium suum vocaverit, si per justiciam ejus aliquid adquisierit, dabit ei terciam partem. Quod si non fuerit vocatus, nichil habebit. Adjutorium vero tempore obsidionis vel hostilitatis generalis IIII^or vel
25 V^e ebdomadarum accipiet in potestatibus, id est de carruca II solidos, de dimidia unum, de operario divite an paupere III denarios, liberis semper remanentibus IIII^or ministris ecclesie, coco, pistore, cambario et illo qui cum carro de

---

(1) Noyelles-sous-Bellonne, canton de Vitry, arrondissement
30 d'Arras (Pas-de-Calais).

(2) Brébières, idem.

1125 nemore ligna adducit. In hoste quoque regali, accipiet in potestatibus ecclesie VIII° palefridos, cum reversus fuerit dominis suis restituendos; famulis qui illos ducent providebit in victu et calciamentis. Hec etiam que prediximus non poterit accipere nisi semel in anno, et tunc si necessitas evenerit. Que omnia non accipiet, nisi per manus ministrorum abbatie. Item non licet ei provocare quemquam ad campum de hominibus ecclesie, sed hic contra quem aget judicio scabinorum cum juramento sola manu purgabit se. Nec licet ei servos vel ancillas ecclesie affligere. In nativitate dabunt ei villici II sextaria vini et II capones. Quorum famulos cibat pane, carne et vino. Preter supradicta nichil omnino ab ecclesia, nichil ab hominibus ejus accipere debet advocatus. Ipsa tamen ecclesia semper in sua antiqua libertate permaneat, quia non ad servitutem sed ad defensionem sui comitem Balduinum proavum meum advocatum constituit, dato ei predicto beneficio. Sicut igitur idem comes et pater ejus comes Balduinus cognomento Barbatus ecclesiam Marcianensem manu tenuerunt, a multimoda oppressione eam liberantes et in bonum statutum eam relinquentes, et ego quoque eam in presenti propter dominum manuteneo, hortor et precor successores nostros, ut et ipsi idem faciant. Nunc vero sciendum quod terras de Bachelerot (1), que sunt a meta sancte Rictrudis e regione australi versus Batsceiam, recognovit Willelmus de Ipra, nepos meus, coram me et baronibus meis esse de jure Marcianensis ecclesie. Hoc autem fecit juxta voluntatem et concessionem Wenemari de Isel et Odonis qui dicitur *pes lupi*, qui easdem terras, eo quod erant contigue terris suis, injuste sibi usurpaverant, dicentes se a Willelmo eas tenere in feodum. Sed Willelmus, tandem agnita veritate per eosdem, per justiciam

(1) Lieu inconnu.

christianitatis et testimonio antiquitatis de hac injusta pervasione convictos et confessos, suggessit mihi ipse et Balduinus senescalcus de Isun ut prefatas terras nostra auctoritate confirmarem esse Marcianensis ecclesie. Hic enim Balduinus quasi vice nostra, hoc a predicto Odone pactum fideliter in manum acceperat, quod eas terras nec ipse nec heres ejus amplius reclamaret, nec alicui reclamanti de hac re warandiam portaret. Exigente ergo a nobis censura justicie, simulque propter salutem anime mee, possessionem de qua agimus tam in terris quam in decimis et in hospitibus reddidi beate Rictrudi et ecclesie Marcianensi, libere perpetuo possidendam contradidi. Ut autem ista traditio et superius descripta advocatio perpetuam obtineant firmitatem, testamentum inde factum sigilli mei impressione confirmavi, et curialium nostrorum testimonio roborari precepi. Signum Karoli comitis. S. Absalonis, abbatis Sancti Amandi. S. Aluisi, abbatis Aquicinctensis. S. Hugonis monachi, filii Hugonis Havet S. Willelmi de Ipre. S. Balduini dapiferi. S. Rogeri, castellani Islensis. S. Roberti advocati. S. Stephani de Landast. S Widonis de Steinfort (1). S. Willelmi de Wervi (2). Actum Insule, indictione III^a^, concurrente III°, epacta XIII^a^, regnante glorioso rege Ludovico in Francia, anno Verbi incarnati M^o^ C^o^ XX° V^o^. 1125

---

(1) Gui de Steenvoorde, beau-frère d'Isaac, l'un des meurtriers du comte Charles (2 mars 1127). Gui fut pendu à Ypres, comme complice, le 11 avril 1127. GALBERT, *Histoire du meurtre de Charles le Bon* (édition Pirenne), p. 94.

(2) Guillaume de Wervicq fut aussi condamné comme complice du meurtre. GALBERT, pp. 18, 42 et 64; BAUDOUIN d'AVESNES, dans les *MGH.*, t. XXV, p. 441.

1125.

1125 CHARLES, COMTE DE FLANDRE, CONFIRME ET RENOUVELLE LES DISPOSITIONS PRISES, EN 1038, PAR LE COMTE BAUDOUIN DE LILLE, CONCERNANT LES DROITS DE L'AVOUÉ DE L'ABBAYE DE MARCHIENNES EN CETTE VILLE (1). 5

Original en parchemin, sceau brisé, fonds de l'abbaye de Marchiennes, à Lille. — Cartulaire de l'abbaye, à Lille, fol. 35 v°.

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, amen. Ego Karolus, per bonam Dei erga me voluntatem comes Flandrie, reputans mecum quia, cum nobis a Deo augentur dona rationes etiam crescunt donorum, ad impetrandam misericordiam Domini, optimum mei fore pre omnibus duxi ejus ecclesias nostra largitate honorare, et ab omni oppressione et injusticia earum exteriora bona defendendo integra conservare, et queque mala instituta vel depravata in melius restituere. Quapropter notum fieri volo tam futuris quam presentibus me, ad petitionem viri venerabilis Amandi, abbatis et monachorum sancte Rictrudis, Marcianense monasterium in antiqua libertate revocasse consilio et judicio baronum meorum, in melius resti-

(1) MIRÆUS, t. I, p. 659, a publié, mais en la mutilant complètement, la charte de 1038. Le Glay l'a republiée, d'après l'original, dans son *Mémoire sur les archives de l'abbaye de Marchiennes*, p. 24. Elle est reproduite très correctement dans WARNKOENIG, *Flandrische Staats und Rechtsgeschichte*, t. III, preuves, supplément, p. 5. M. D'HERBOMEZ (*Histoire des châtelains de Tournai*, I, p. 3, note 1) a cru cette charte inédite. — On peut voir dans les *Analectes de diplomatique* de M. Wauters, p. 217 (*CRH.*, 4, X, 216), une autre charte de Charles le Bon en faveur de l'abbaye de Marchiennes (1119-1123).

tuens queque ab advocato injuste sustinebantur. Cum enim in villa ejusdem sancte, temporibus Fulcardi abbatis, aliquandiu injuste mansisset, ecclesiam et hospites ejus multis ac variis afflixerat injuriis. Nos igitur privilegium, quod comes Balduinus, proavus meus Insule sepultus, et uxor ejus Adela, filia regis Roberti, de libertate ecclesie Marcianensis fieri jusserunt, intuentes, nostrum quoque privilegium de eadem libertate ipsi ecclesie tradidimus, confirmantes, juxta scriptum supradicti comitis, quid in ea advocatus habere debeat, et a quibus se debeat abstinere. De omni forisfractura, ubi ecclesia ope indigens eum in auxilium vocaverit, si per justiciam ejus aliquid adquisierit, ipse terciam habebit parem. Si vocatus non fuerit, nichil habebit. Maiores dabunt ei in Nativitate duo sextaria vini et duos capones, et ipse cibabit eos et homines eorum pane, carne et vino. In Pascha (dabunt) II° sextaria vini tantum. Adjutorium tempore obsidionis vel hostilitatis generalis IIII^or vel V^e ebdomadarum accipiet in potestatibus, id est, de carruca II^os solidos, de dimidia unum, de operario divite an paupere III denarios. Coccus ecclesie, magister pistorum, cambarius et qui cum carro de nemore ligna adducit, nichil dabunt ei, quia omnino ab omni redditu semper liberi erunt. In hoste quoque regali per manus ministrorum abbatie in potestatibus accipiet VIII° palefridos. Et hoc semel in anno, si necessitas evenerit; sin autem nichil omnino. Palefridos ferrare faciet; hominibus qui eos ducent in victu et calciamentis providebit. Cum fuerit reversus, omnes palefridos illos restituet dominis suis. Quod donec fecerit, nichil faciet pro eo ecclesia nec homines ecclesie. Preter hec nichil debet habere advocatus, in ecclesia, nec ista accipere nisi per manus ministrorum abbatie [a]. Non bannum faciet, nec precarias nec latronem accipiet nec correuvias [b], nec ministri ejus aliquid accipient. Sciendum quoque quod de hominibus ecclesie non interpellabit quemquam ad campum, sed ille contra quem aget judicio scabinorum cum sacramento sola manu purgabit se. Nec licet ei nec alicui terrene potestati in aliqua villa sancte Rictrudis contra voluntatem abbatis vel monachorum manere, nec convivia preparare vel placita tenere, nec denariorum vel pecunie collectionem ab incolis exigere, nec ullam violentiam inferre. Equalem liber- 1125

a. L'acte de 1038 ajoute ici : « Pro supradictis enim molendinis » et terra servire debet ecclesiae et promptus esse adjutor. »

b. Nec palefridos, *dans l'acte de 1038.*

1125 tatem habebunt omnes hospites potestatum [a] tam advena quam indigena. Iterum non licet ei terras ecclesie emere aut in vadimonium accipere, nec servos nec ancillas ejusdem ecclesie in feodo militibus dare, nec aliquid ab illis per violentiam exigere. In silvis quoque sancte Rictrudis, vel in aquis ipsius, nullam habet potestatem nec homines ecclesie contra voluntatem abbatis manu tenere potest.

Hec superius litteris comprehensa inventa sunt a Balduino, proavo meo, comite Flandrie, Attrebati confirmata, presente Hugone Havet, cui ipse comes beneficium, quod a supradicta ecclesia pro advocatione acceperat, dedit, ut esset in omnibus ecclesie promptus adjutor, et res ejus tanquam advocatus defenderet et tueretur, alioquin et datum et advocationem quam de eo accepit perderet ipse et successores ejus, et hoc presentibus comite et baronibus suis judicavit, Eustachio et Rogero comitibus, Gerardo, Drogone, Fulchone episcopis, Lietduino, Roderico, Malboldo, Gerardo et Wicardo abbatibus; Rodulfo Tornacensi, Roberto advocato, Johanne advocato, Hugone Valentianensi, Hugone de Aldenardo et aliis qui ibi describuntur. Ego quoque Karolus, Dei gracia comes Flandrie, statuo et decerno, sub sigilli mei impressione et annotatione testium, ut hec libertas, sicut a predecessore meo comite Balduino constituta inventa est, perpetuam obtineat firmitatem. Signum Karoli comitis. S. Aluisi, abbatis Aquicintensis. S. Absalonis, abbatis Sancti Amandi. S. Willelmi de Ipra. S. Roberti advocati. S. Balduini dapiferi. S. Rogeri castellani Islensis. S. Widonis de Steinfort. S. Willelmi de Wervi. S. Stephani de Landast. Actum Insule curte publica, anno Domini M° C° XXV°.

a. Le Glay a lu, par erreur, dans la charte de 1038 : « Equalem habebunt omnes hospites potestatem... »

16 février 1167.

LE COMTE THIERRY CONFIRME ET RENOUVELLE LES DISPOSITIONS DES CHARTES DE 1038 ET DE 1125 CONCERNANT L'AVOUERIE DE MARCHIENNES (1). 16 février 1167

5 *Original en parchemin, sceau en cire rouge bien conservé, fonds de l'abbaye de Marchiennes, à Lille. — Cartulaire de l'abbaye, à Lille,* fol. 39 r°.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Prudenter satis antiquorum excogitavit sollertia ut litteris commendarent et 10 confirmarent que honeste ac recte a se facta posteros latere nolebant. Unde et ego Theodericus, Dei gratia Flandrensium comes, ad noticiam tam futurorum quam presentium hic annotari jussi qualiter comes Balduinus marchio, proavus meus, beate Rictrudis Marcianensis abbatiam, per c. c. c. c. vel 15 eo amplius annos, hoc est a sui constitutione, ab omni redditu advocationis semper fuisse liberam coram baronibus sui Attrebati cognoverit et testatus sit, annuens humili petitioni Alberici abbatis et fratrum ipsius ecclesie, suggerente etiam et concedente Adela comitissa conjuge sua, filia regis Roberti. 20 Sed quum, prevalente secularium nequitia, ad sui defensionem

(1) Ce document est le dernier dans lequel apparaît le comte Thierry. De 1164 à 1166, il ne figure plus que rarement dans les actes : à partir de 1158 et de 1159, Philippe, son fils, avait pris le titre de comte de Flandre et gouvernait le comté. Thierry mourut 25 le 17 janvier 1168. Voy. WAUTERS, *Table*, etc., t. II, Introduction, p. 5. — DUCHESNE (*Histoire de la maison de Béthune*, preuves, p. 34) et CARPENTIER (*Histoire de Cambrai*, t. II, preuves, p. 20) ont publié un court fragment de cette charte, qu'il ne faut pas confondre avec celle de Philippe, qui suit et qui est du même jour.

16 février 1167 advocato indigebat, supradictus abbas dedit ipsi comiti duos molendinos, qui sunt in villa Berberia, et duas carrucatas terre in villa Nigella, ut esset ecclesie fidelis advocatus et defensor, ipsa tamen ecclesia in sua antiqua libertate semper manente. Comes autem molendinos illos cum terra supradicta dedit Hugoni Havet de Albiniaco, eo tenore ut in omnibus esset ecclesie Marchianensi promptus adjutor. Quod si negligeret, coram comite et baronibus suis judicavit ut et ipse et successores ejus datum supradictum et advocationem quam de eo tenebant perderent. Et hec sunt que ei in potestatibus ecclesie concessa sunt. De omni forisfractura ubi ecclesia ope indigens,.. etc[a].

Hec superius litteris comprehensa a Balduino comite proavo meo Attrebati confirmata et sigilli sui impressione et subscriptione testium corroborata sunt. Comes etiam Karolus, ejus successor, scripto suo auctoritate sui sigilli impresso et suorum testimonio baronum hec eadem confirmavit. Ego etiam Theodericus, Dei gratia Flandrie comes, ad humilem Johannis abbatis et monachorum, que apud Insulam facta est petitionem, suggerente etiam filio meo comite Philippo, dictante etiam justicia et baronibus meis judicantibus quod antecessorum meorum privilegia per me tenenda et adimplenda essent, in hac pagina statuo et decerno, sub sigilli mei impressione et annotatione testium, ut libertas prefate ecclesie, sicut a supradictis predecessoribus meis constituta inventa est et hic annotata, perpetuam obtineat firmitatem, nec advocatus nec quilibet alius eorum que in privilegiis nostris communiter scripta sunt quicquam audeat infringere. Signum mei Theoderici comitis. S. Philippi comitis filii mei. S. Mathei comitis Bolonie filii mei. S. Hugonis, abbatis Sancti Amandi. S Hugonis, abbatis Sancti Petri Gandensis. S. Roberti, prepositi de Area. S. Roberti, advocati Betunie. S. Eustachii camerarii. S. Rogeri dapiferi. S. Hellini filii ejus. S. Michaelis conestabuli. S. Rogeri de

a. Voir l'acte du comte Charles ci-dessus.

Cison, S. Rogeri, castellani Curtracensis. S. Willelmi, castellani Sancti Audomari. S. Balduini, castellani Yprensis. S. Hugonis, castellani Insulensis. S. Walteri de Locris. S. Walteri Attrebatensis. S. Sigeri de Subrenghim. S. Gerardi, prepositi Duacensis. S. Bernardi de Rusbais, Amolrici de Landast, Wenemeri de Biez, Gerardi de Forest, Hugonis de Lambris, Gerardi et Roberti de Landast. S. Willelmi de Ruma. Actum Insule, anno Domini M° C° LX° VI°, XIIII° kalend. martii, feria quarta. Noverint quoque tam futuri quam presentes, quod Stephanus, qui quandam partem hujus advocationis tenebat et eandem ecclesiam valde infestabat, a filio meo Philippo, cum essem Jherosolimis, submonitus, die denominata cum Rainero filio suo Insule venit in presentia mea, cum fuissem reversus, in presentia quoque filiorum meorum et principum suprascriptorum, ibi quicquid in advocatione supradicta injuste reclamabat cum fide et sacramento guerpivit. 16 février 1167

16 février 1167.

PHILIPPE, COMTE DE FLANDRE, DÉCLARE QU'IL A EXPULSÉ DE MARCHIENNES L'AVOUÉ ÉTIENNE QUI PRÉTENDAIT Y SÉJOURNER, CONTRAIREMENT AUX DROITS DE L'ABBAYE. IL CONFIRME A SON TOUR LES ACTES DE SES PRÉDECESSEURS CONCERNANT L'AVOUERIE. 16 février 1167

Original en parchemin, sceau enlevé, fonds de l'abbaye de Marchiennes, à Lille — Cartulaire de l'abbaye, à Lille, fol. 40 r°. — *Collection Moreau,* t. LXXIV, p. 236, *d'après l'original.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Provide satis et sollerter antiquorum excogitavit solertia ut, ad memoriam posteris transmittendam, litteris commendarent et confirmarent queque juste instituerant vel a predecessoribus suis bene instituta esse cognoverant. Unde ego Philippus, per Dei

16 février 1167 misericordiam comes Flandriarum, notum volo fieri tam futuris quam presentibus, patre meo comite Theoderico Jherosolimis existente, Johannem Marcianensis ecclesie abbatem et monachos, in mei et baronum meorum presentia, frequenter querimoniam deposuisse, pro injuriis et variis oppressionibus quas Stephanus dictus advocatus eidem ecclesie inferebat, et maxime quia apud Marcianas villam sancte Rictrudis contra voluntatem abbatis et monachorum manebat, et in hoc predecessorum meorum instituta et privilegia transgrediens. Ad audiendam igitur utriusque partis controversiam, tam abbati quam Stephano diem denominavi. Ad hanc itaque apud Insulam convenerunt Stephanus cum parentela sua, abbas quoque et monachi cum cartis et privilegiis suis, que antecessores mei, comes scilicet Balduinus marchio et comes Karolus conscribi et suorum impressione sigillorum corroborari fecerant. Que cum in audientia omnium qui convenerant lecta essent, et Stephanus, prout melius poterat, respondisset, ipso et fratribus suis audientibus, a baronibus meis juste et concorditer judicatum est quod continentia privilegiorum que ibi allata erant usquequaque per me teneri et adimpleri deberet, et libertas prefate ecclesie in omnibus conservari; nec debebat nec poterat aliquis advocatus nec aliqua terrena potestas, nolente ecclesia, manere ubicumque potestatem haberet beata Rictrudis; et si quis per violentiam ibi manere aliquando presumpserit, a comite Flandriarum inde expellendus est. Dictante ergo justicia et concordi baronum meorum judicio, ejeci Stephanum cum suis heredibus de villa Marcianensi in omnibus, jure suo eis reservato, sicut antecessores mei scriptum reliquerant et hic quoque subnotatum invenitur. Hec sunt igitur que in potestatibus ecclesie accipiet advocatus : de omni forisfractura, ubi ecclesia ope indigens, etc. [a].

Hec superius litteris comprehensa a Balduino comite Attrebati confirmata et sigilli sui impressione et subscriptione testium corroborata sunt, presente Hugone Havet, cui comes

a. Suit l'extrait de l'acte de 1038, rapporté plus haut.

supradictos molendinos et duas carrucatas dedit, ut esset ecclesie promptus adjutor. Quod si negligeret, coram comite et baronibus suis judicaverit ex ore suo, ut ipse et successores ejus datum supradictum et advocationem quam de comite tenebant perderent. Comes etiam Karolus, ejus successor, scripto suo auctoritate sui sigilli impresso et suorum testimonio baronum hec eadem confirmavit. 11 février 1167

Ego etiam Philippus, Dei gratia Flandriarum comes, ad humilem Johannis supradicti abbatis et monachorum, que apud Insulam facta est petitionem, suggerente etiam et concedente comite Theoderico patre meo qui reversus erat de Jherosolimis, dictante etiam justicia et baronibus meis judicantibus quod antecessorum meorum privilegia per me tenenda et adimplenda essent, in hac pagina statuo et decerno, sub sigilli mei impressione et annotatione testium, ut libertas prefate ecclesie, sicut a supradictis predecessoribus meis constituta inventa est et hic annotata, perpetuam optineat firmitatem, nec advocatus, nec quilibet alius eorum que in privilegiis nostris communiter scripta sunt quicquam audeat infringere. S. Theoderici comitis. S. Mathei, comitis Bolonie. S. Hugonis, abbatis Sancti Amandi. S. Hugonis, abbatis Sancti Petri Gandavensis. S. Roberti, prepositi de Area. S. Walteri monachi de Subrengheri. S. Roberti, advocati Bethunie. S. Eustachii camerarii. S. Rogeri dapiferi. S. Hellini filii ejus. S. Michahelis conestabularii. S. Rogeri de Cison. S. Rogeri, castellani Curtriacensis. S. Balduini, castellani Yprensis. S. Willelmi, castellani Sancti Audomari. S. Hugonis, castellani Insulensis. S. Walteri de Locris. S Sigeri de Subrengheri. S. Walteri Attrebatensis. S. Gerardi, prepositi Duacensis. S. Amolrici de Landast. S. Bernardi de Rusbais. S. Wenemari de Biez. S. Roberti de Landast. S Hugonis de Lambris. S Gerardi de Forest. S. Gerardi de Landast. S. Willelmi de Ruma. S. Johannis de Balos. S. Roberti de Gondulcurt. Noverint quoque tam futuri quam presentes quod, in

16 février 1167 presentia nostra et curie nostre Stephanus, et Rainerus filius ejus quicquid barones mes judicaverunt et carte presentes attestabantur se omnino observaturos fide et sacramento ibi polliciti sunt, patre meo et me inde fidejussoribus constitutis. Actum apud Insulam, anno Domini M° C° LX° VI°, XIIII° kal. martii, feria quarta.

1180.

1180 PHILIPPE, COMTE DE FLANDRE, CONFIRME LE DON FAIT PAR SON PÈRE DE TROIS FEMMES A L'ABBAYE DE MARCHIENNES.

Cartulaire de l'abbaye de Marchiennes, à Lille, fol 78. — *Collection Moreau,* t. LXXXIV, p. 52, *d'après le cartulaire.*

Ego Philippus, Dei gratia comes Flandrie et Viromandie, omnibus hec legentibus vel audientibus salutem. Omnibus tam futuris quam presentibus notum sit quod felicis memorie Theodericus comes, genitor meus, duas quondam sue familie feminas, scilicet Odam de Warlenio et Eremburgem sororem ejus, sed et Erentrudem earum sororem et universam eorum sobolem ecclesie sancte Rictrudis de Marchiennis, ob anime sue remedium, donavit; quam donationem nos quoque confirmamus. Et ne quis super hoc eidem ecclesie molestus sit, presenti carta et sigilli nostri auctoritate et testium subscriptione roboramus. S. Michaelis constabuli. S. Michaelis, castellani de Duaco. S. Amulrici de Landast. S. Gerardi de Messines. S. Roberti, clerici comitis. Interfuit etiam Theobaldus, major de Orchies. Actum Atrebati, anno Verbi incarnati M° C° LXXX°.

XI.

LE CHAPITRE DE SAINT-AMÉ DE DOUAI.

Dans le livre très intéressant qu'il a consacré au château et aux châtelains de Douai (1), M. Brassart a signalé, parmi ses preuves, divers actes du XIe siècle, dont plusieurs étaient inédits. La spécialité de son sujet l'a engagé à ne donner que des fragments de ces derniers. Nous n'oserions lui en faire un reproche, mais il nous paraît que, lorsqu'il s'agit de ces temps inconnus, tout texte est précieux à recueillir dans son entier, sinon pour l'utilité d'un travail déterminé, au moins dans l'intérêt de la science en général (2). C'est à ce titre qne nous donnons ici, en le complétant, l'acte qui suit.

---

(1) *La féodalité dans le nord de la France. Histoire des châtelains et de la châtellenie de Douai.*

(2) Voir Giry, *Manuel de diplomatique*, p. 543. — On peut voir dans le travail de M. Vanderkindere, sur les tributaires ou serfs d'église en Belgique au moyen âge, le parti qu'il a su tirer de la partie non publiée de cet acte, que nous lui avons communiqué (*Bull. de l'Acad. roy. de Belgique*, 1897, t. XXXIV, pp. 425 et 426).

1031-1051 (1).

1031-1051 ACTE ATTESTANT L'ASSERVISSEMENT DE DIVERSES PERSONNES A L'ÉGLISE DE SAINT-AMÉ DE DOUAI.

Original en parchemin, non scellé, fonds du chapitre de Saint-Amé de Douai, à Lille.

Antiquis temporibus videbatur esse dedecori gentes aliarum gentium fortitudine devictas ad censum solvendum applicari. At postquam dominus et redemptor noster, pro suo et pro discipuli sui Petri capite, ministris Cesaris censum dignatus est solvere, nulli debet videri onerosum quod ipse facere dignatus est ad exemplum fidelium populorum. Cujus exemplum christiani sectantes, sicuti nominis ejus participes, ita et census efficiuntur ultronei imitatores. Unde cotidie ad altaria in honore ipsius et sancte matris ejus omniumque sanctorum consecrata venientes applicant se qua eis conditione libitum est, suosque sequaces (2). Inter quos et hi famuli famuleque Domini Wuboldus, Tietrada, Odecinis, Erliardis, Rainuwidis, Erchemburgis, Tietberga, Erchemburgis, Alburgis, Osquidis, adamantes patrocinia sanctorum confessorum Amati atque Mauronti, ad principale ipsorum altare donaverunt se suosque posteros, duos nummos in festivitate alterius, que est XIIII kalendis novembris, fratribus eidem altari famulantibus soluturos. Quibus annuerunt maior minorque advocatus, castellanus scilicet Hugo milesque ejus Witselinus, Sicherusque

(1) Henri Ier, roi de France, régna de 1031 à 1060; Siger, cité comme prévôt de Saint-Amé avait cessé de l'être en 1051. Voir M. BRASSART, t. I, p. 50.

(2) La partie qui suit a été éditée par M. BRASSART, t. III, preuves, p. 4.

prepositus et ceteri fratres, ut et a maritali licentia et a manu 1031-1051
mortua et ab omni servili dicione manerent immunes. Quod si quis violentus eos opprimeret eorumque bona injuste auferret, tamdiu excommunicationi fratrum subjaceat, donec
5 vel rescipiscens ad satisfactionem veniret, vel, per advocati justiciam coactus, injuste ablata juste restitueret. Acta est hec cartula Duaci, tempore regis Henrici et gloriosi principis Balduini, sub horum testimonio virorum, Hugonis castellani, Witselini advocati, Ursionis, Wagonis et aliorum multorum.
10 *Au dos :* Littere de duobus denariis annui redditus quos debent ecclesie in festis sancti Amati et Mauronti successores nominatorum in littera qui fuerunt liberati de servitute.

La série des actes publiés dans le tome II des *Opera diplomatica* de Miræus, de l'édition Foppens, se termine généralement à la page 1356 du volume; les pages 1357 à 1360 sont consacrées à la généalogie des seigneurs et princes de Masmimes. Il existe toutefois au moins un exemplaire dans lequel un carton contient le texte de quelques chartes ajoutées par Foppens à la collection (1).

Ces actes sont les suivants ;

1° Page 1358 (*caput* CCXII), un diplôme de Philippe Ier, roi de France, confirmant les privilèges du cha-

(1) L'exemplaire dont nous parlons est celui que Le Glay a eu sous les yeux pour sa *Revue des Opera diplomatica* de Miræus (voir pp. 120 et suiv. de cet ouvrage). Il se trouve à la bibliothèque des Archives de la Chambre des comptes, à Lille, et provient sans doute des Godefroy. On conserve à Lille une correspondance de Foppens avec Godefroy, dans laquelle il est à diverses reprises question de l'addition de nouvelles pièces à la collection et de suppléments à imprimer.

pitre de Saint-Amé de Douai (Senlis, 1076). Nous le publions ci-après.

2° Page 1360 (*caput* CCXIII), une charte incomplète de Gérard II, évêque de Cambrai, en faveur du même chapitre (1081). On la trouvera ci-après.

3° Page 1361 (*caput* CCXIIII), un extrait d'une bulle de Paschal II, de 1104, pour le même chapitre (1).

4° Page 1362 (*caput* CCXV), une ordonnance concernant les prééminences et les droits paroissiaux de l'église collégiale de Sainte-Waudru, à Mons (1545).

5° Page 1365 (*caput* CCXVI), une bulle du pape Nicolas V, confiant au magistrat de Bruxelles la direction de tous les hôpitaux, hospices et fondations pieuses de cette ville (1448).

Nous ne nous occuperons ici que des actes concernant le chapitre de Douai.

Le diplôme du roi Philippe Ier n'a reçu, à notre connaissance, d'autre publicité que celle de l'exemplaire, peut-être unique, du Miræus de Lille (2) ; nous le donnons d'après l'original.

Il présente une particularité intéressante.

Gislebert rapporte que Baudouin de Hainaut, fils de Richilde, ayant fait la paix avec son oncle, Robert le Frison, lui avait engagé le château de Douai, qui lui appartenait en propre, pour sûreté de l'exécution d'une promesse de mariage avec une nièce de Robert. La garde du châ-

---

(1) Complétée par Le Glay, *Revue*, etc., p. 126. M. Brassart, p. 24, en publie également un fragment. Elle a été reproduite intégralement dans Migne, *Paschalis II*, etc., *epistolae et privilegia*, col. 136. Comparer Wauters, *Table des chartes et diplômes*, etc., t. II, p. 20.

(2) M. Brassart, toutefois, en a donné cinq ou six lignes (p. 20).

teau fut confiée à des tiers chargés de le remettre à ce dernier, moyennant une somme d'argent, si le comte Baudouin manquait à son engagement. Celui-ci, dans la suite, refusa de s'exécuter après avoir vu la princesse qui lui était destinée par le traité, et il épousa plus tard la fille du comte de Louvain. C'est ainsi, dit Gislebert, que Robert et ses successeurs restèrent en possession de Douai (1).

L'acte que nous publions confirme indirectement ce récit, en faisant allusion aux prétentions du comte de Hainaut sur Douai : le roi Philippe I donne en effet sa charte en faveur de Saint-Amé, « à la demande de Robert, comte » de Flandre, de Baudouin, comte de Hainaut, et de » Richilde, mère de ce dernier ».

Douai était certainement, aux Xe et XIe siècles, sous la domination des comtes de Flandre, comme l'attestent un grand nombre d'actes du temps (2). En 1076, Robert le Frison confirme seul encore les possessions de Saint-Amé (3).

Faut-il inférer de là, si le récit de Gislebert doit être accueilli, que la paix aura été signée entre les deux comtes, en 1076, après cet acte du comte Robert, et avant la date du document que nous publions et qui appartient aussi à l'année 1076, et que c'est par l'une des clauses du traité

---

(1) Gislebert, édition Arndt, p. 51. — On a contesté le récit de Gislebert et l'on a attribué, d'après André de Marchiennes, la négociation concernant Douai à Baudouin III de Hainaut et à Robert II, comte de Flandre. Voir *RHF*, t. XIII, préface, p. LVII.

(2) Voir dans Brassart des actes de 1024, 1035, 1051, etc., preuves, pp. 3 et suiv.

(3) Champollion-Figeac, *Collection de documents historiques inédits*, t. III, p. 441.

que fut attribué au comte de Hainaut le château de Douai, moyennant l'accomplissement de la promesse de mariage dont il a été question?

Quoi qu'il en soit, le retour de cette possession à la Flandre était considéré comme définitif en 1081, puisque l'évêque Gérard II, dans l'acte ci-après, ne fait plus mention que du comte Robert. On voit cependant le comte Baudouin se donner encore, dans un acte de 1089, le titre de « comte des Douaisiens (1) ».

1076 (27 février 1077?) (2).

1076 (27 février 1077?) PHILIPPE I, ROI DE FRANCE, CONFIRME LES PRIVILÈGES DU CHAPITRE DE SAINT-AMÉ DE DOUAI.

Original en parchemin, avec trace de sceau plaqué, fonds du chapitre de Saint-Amé de Douai, à Lille. 5

In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Philippus, divina miseratione Francorum rex. Mandatorum Dei viam humano generi ad imitandum propositam beatus Maurontus, incliti

---

(1) MIRÆUS, t. I, p. 517.

(2) Le cartulaire du chapitre de Saint-Amé (fol. 3 verso) contient un acte conçu dans les mêmes termes que la charte de l'évêque Gérard, qui suit; mais la finale, à partir des mots : *Ego secundus Gerardus*, etc., y est remplacée par le texte suivant : « Anno ab » incarnatione Domini M°LXX°VI°, indictione XIIII, epacta XII, » concurrente V, *sub die III kalendas martii*, Philippus, rex Fran- » corum, hoc privilegium Silvanectis confirmavit, anno regni sui » sedecimo, [testibus subscriptis, Waleranno videlicet regis came- » rario, Frederico dapifero, Hervero pincerna, Hugone connestablo, » Ursione de Melun, Hugone de Lixinio, Ivone de Nigella, Hugone » de Cauni. Ego Gauffridus, regis cancellarius et Parisiensis episcopus, subscripsi. Ego Manasses, archipresul Remensis ecclesie » confirmavi hoc privilegium testibus subscriptis, Manasse preposito,

ducis Adalbalti atque sanctae Rictrudis filius, satis accurate consideravit, quia, ut electorum numero adscriberetur, bona sibi jure hereditario contingentia beato Amato, a Senonensi episcopatu Theoderici regis tirannide depulso, contulit, et in proprio fundo, antiquitus Broiolo, a modernis autem Menrivilla (1) nominato, in honore Dei et sancti Petri apostoli pro voto sanctissimo episcopo Amato ecclesiam construxit. Postquam vero sanctum episcopum sibi amabilem Amatum Dominus ad celestem patriam ex hac molestae peregrinationis erumna assumpsit, sacrum corpus illius sacer Maurontus in supra dicta ecclesia honorifice tumulavit, et, ad honorem Dei ipsiusque sancti, fratres in ipsa ecclesia congregavit. Fratrum itaque congregatio in predicta ecclesia divino famulatui mancipata longo tempore permansit quieta, donec Danorum et Normanorum gens crudelis et aspera devastaret ipsam Menrivillam, et circa eam omnem patriam. Sed imminente persecutione fratres, solliciti de corpore sui patroni, Duacum a persecutorum incursione securum illud deportaverunt, et in ecclesia, ab antecessoribus in honore sanctae Dei genitricis Mariae ibidem in fundo sancti Mauronti edificata, posuerunt. Placatis autem predictae persecutionis turbationibus et loco Menrevillae devastato, Karolus, rex Francorum, et Arnulfus, consul Flandrensium, a predictis fratribus requisiti quid agerent de corpore tanti

1076 (27 février 1077?)

» Odone cantore, Frecherio et Richario canonicis] ». Ce texte, comme on le voit, donne à l'acte que nous publions la date du 27 février 1077. — L'original de l'acte dont il est question dans cette note existait autrefois dans les archives de Saint-Amé et était scellé de deux sceaux plaqués; une copie de l'original a été collationnée en 1568 par deux notaires royaux, et c'est d'après cette copie que nous avons ajouté au texte du cartulaire les mots placés entre crochets.

(1) Merville, canton de ce nom, arrondissement d'Hazebrouck (Nord). Comparer *Acta sanctorum Belgii*, t. IV, pp. 573 et suiv. — Bruel est une dépendance de Merville.

1076 (27 février 1077?) patroni, convocatis episcopis, et principibus suis, eorum consilio, ordinatione divina preeunte, hoc statuerunt ut in Duaco gratia exaltandi corpus venerabilis Amati remaneret in perpetuum, in ecclesia beatae Dei genitricis Mariae, in qua superius memoravimus esse translatum. Preterea edicto suae dominationis statuerunt et privilegiis suis firmaverunt, ut quidquid beatus Amatus et fratres Deo et sibi famulantes habebant, donec in Menrivilla erant vel deinceps habituri erant, hoc etiam in Duaco morantes firmiter haberent et sine contradictione possiderent. Libertatem etiam ipsius ecclesiae firmam statuerunt quam nobis plures et autentici viri retulerunt, et fratres illius ecclesiae diu inviolatam tenuerunt. Post multa siquidem tempora, contigit ut ipsa ecclesia igne vastaretur, in quo omne librarium simul et privilegia ecclesiae perierunt. Sed quia a Deo est sublimitas omnis et potestas, omni sollicitudine curandum est in potestate constitutis, ne res ecclesiasticae per violentiam alicujus raptoris auferantur vel devastentur. Quod ne aliquando contingat, volens renovare quod antecessores mei confirmaverunt de beneficiis sancti Amati (1), ego Philippus, rex Francorum, adquievi petitioni Roberti, Flandrensium comitis, et nepotis sui Balduini comitis de Hainau, nec non et Richeldis matris ipsius Balduini, canonicorum etiam ipsius sancti Amati Duacensis, qui virum religiosum Reymarum, ipsius ecclesiae prepositum, et Gualterum castellanum, de rebus predictae ecclesiae augendis et conservandis multum sollicitum, ad me miserunt, exorantes, ut res sancto Amato donatae sive donandae meae dominationis et auctoritate confirmarentur. Confirmavi itaque, precepto potestatis regiae, ut ipsa ecclesia, infra castrum Duaci in honore sanctae Dei genitricis Mariae constructa, in qua corpora beatorum confessorum Amati atque

(1) Les huit lignes qui suivent, jusqu'à *auctoritate confirmarentur*, ont été publiées par M. Brassart.

ipsius Mauronti quiescunt, ab omni laicali potestate sit libera, ut canonici Deo et sanctæ Mariae et sancto Amato ibi quiete serviant. Atrium quoque et claustrum et domos canonicorum in libertate permanere concessi. Prohibemus etiam ut neque in claustro, neque in atrio, neque in domibus canonicorum in claustro, sive in castro manentium, vel servientibus eorum, vel omnino in facultatibus ipsius ecclesiae, ulla laicalis persona mittat manum, neque rex, neque comes, neque castellanus, neque aliquis sub eis laicus bannum, aut latronem, vel thesauri aut etiam alicujus rei inventionem, nulla laicalis persona in praedictis locis sibi usurpare audeat, sed ditioni et potestati ecclesiae omnino subjaceant Prepositus nullus in supradicta ecclesia constituatur, nisi canonicorum electione. Praeterea per presentem decernimus jussionem, ut nullus sit sub meo regimine qui praesumat aliquid auferre de omnibus que beato Amato a sancto Mauronto sunt attributa, vel ab aliis antecessoribus collata, seu que ab ipsis prepositis sive canonicis ibi servientibus fuerint attracta, aut inantea, Deo auxiliante, a quibuscumque fuerint meliorata vel augmentata Si quis autem, aut nostro, aut futuro tempore, electionis jura prenominatae ecclesiae et rerum predictarum liberam dispositionem regali dignitate nostra concessam violaverit, veluti contra salutem regie dignitatis agens, auctoritate nostra atque precepto, quasi inimicus et proditor domini sui, ab omni munere et honore publico arceatur, donec justo judicio ipsi ecclesiae quam lesit satisfacerit. Insuper et precepto regiae majestatis statuimus, ut violator hujus preordinatae libertatis ipsi ecclesiae persolvat decem libras auree monete. Et ut hoc preceptum regiae dignitatis in posterum per omnia conservetur illibatum, sigilli nostri impressione subter signari jussimus. Ego Philippus [a], rex Francorum, hoc privilegium Sylvanectis confirmavi, anno regni mei sedecimo, testibus subscriptis. S. Manasse, Remensis archiepiscopi. S. Richarii, Senonensis archiepiscopi. S. Tietboldi, Suessionensis episcopi. S. Guidonis, Belvacensis episcopi.

1076 (27 février 1077?)

a. Monogramme.

1076 (27 février 1077?) S. Rotgeri, Cathalaunensis episcopi. S. Elinandi, Laudunensis episcopi. S Radulfi, Ambianensis episcopi. S. Raineri, Aurelianensis episcopi. S. Ratbodi, Noviomensis episcopi. S. Gualeranni, regis camerarii. S. Frederici dapiferi. S. Hervei pincerne. S. Hugonis conestabuli. Ego Gausfridus, regis cancellarius et Parisiensis episcopus, hoc privilegium scripsi et subscripsi. Actum est anno ab incarnatione Domini millesimo LXX^mo VI°, indictione XIIII, epacta XII, concurrente V.

Nous avons dit que la charte de l'évêque Gérard II de 1081 avait été publiée incomplètement par Foppens, dans le carton qui termine le tome II de *Miraeus*. Le Glay a donné la partie omise, qui consiste dans la fin du préambule, suivie d'une longue énumération des biens de Saint-Amé (1). Nous reproduisons ici cette charte, en omettant l'indication des biens, qu'on trouvera dans Le Glay. On remarquera les différences qui existent entre le préambule de cet acte et celui du diplôme de Philippe Ier.

23 mai 1081.

23 mai 1081 GÉRARD II, ÉVÊQUE DE CAMBRAI, CONFIRME LES POSSESSIONS DU CHAPITRE DE SAINT-AMÉ DE DOUAI.

Double original en parchemin scellé, fonds du chapitre de Saint-Amé de Douai, à Lille.

Mandatorum Dei viam humano generi ad imitandum propositam sanctorumque imitationem cooperatione sancti Spiritus exequutam beatus Maurontus, incliti ducis Adalboldi atque sancte Rictrudis filius, satis accurate consideravit, quia, ut

---

(1) *Revue*, etc., p. 121.

electorum numero asscriberetur, in proprio fundo, antiqui- 23 mai 1081
tus Brollo, a modernis autem Menrivilla nominato, in honore Dei sanctique Petri apostolorum principis ecclesiam a fundamento construxit. Ipse vero, tempore Luchdovici Francorum
5 regis ex Dagoberto prognati, bona sibi jure hereditario contingentia beato Amato viventi, Theoderici tyrannide a Senonensi episcopatu depulso, contulit, et post beati viri exitum ab hujus mundi Egipto, ad ipsius honorem, in prefata ecclesia Deo cum sanctis famulandos fratres congregavit.

10 Fratrum itaque congregatio in predicta Menriville ecclesia tamdiu Deo sanctoque Amato servivit quoadusque sui corpus patroni, sicut alia suorum corpora sanctorum, imminente Danorum atque barbarorum Nortmannorum persecutione, Suessionem ab incursione persecutorum munitam comportavit.
15 Placatis autem predicte persecutionis fluctuationibus et loco Menriville devastato prefatorum crudelitate, Arnulphus senex, Flandrensium comes, communi consilio sue terre principum, effecit ut Duacum gratia exaltandi deportaretur corpus sanctissimum, et sancti beneficia sibi à sancto Mauronto collata,
20 cum ceteris ab aliis hominibus datis, inferius nominanda, usibus fratrum Deo et sancto Amato in predicti loci ecclesia famulantium, ad honorem Dei genitricis Marie prius edificata constituit. In pago Mempisco, totam Menrivillam etc.....

(*Suit le texte édité par Le Glay et énumérant les biens du*
25 *chapitre.*)

Beneficia autem prescripta divisa sunt canonicis, preposito, decano, cantori, thesaurario; nullus quorum quatuor duo simul officia habere potest. De predictis omnibus habet in manu sua dominium aecclesiae prepositus; prius namque
30 ipsius providentia et concessione sunt attributa prenominata beneficia aecclesiae, sed hoc tamen ipse idem nequit facere nisi canonicorum electione. Nullus qui vivat mortalium auferre potest ab aecclesia de concessis vel dandis rebus. Solummodo autem prebenda ipsius aecclesiae est in prepositi potestate et

23 mai 1081 feodum scolae, ea ratione ut ad utilitatem concedantur aecclesiae. De thesauro vero aecclesiae ita provideat thesaurarius, ut nec prepositus nec canonici inde aliquid dent vel auferant, nisi ab utrisque concedatur, et ea lege ut in melius restituantur. Ecclesia autem ex toto libera est. Animarum vero curam dabit episcopus decano a canonicus ejusdem loci electo. Oleum et crisma accipiet decanus vel legatus ejus in sede episcopatus.

Ego secundus Gerardus, Cameracensis aecclesiae episcopus, hanc kartam propria manu confirmavi, et quicumque, sive clericus, sive laicus, sive quelibet persona, datorum vel etiam dandorum aliquid substraxerit, tamdiu excommunicationi subjaceat donec ad satisfactionem veniat. Preterea canonicis ejusdem ecclesiae concessi ut libere habeant potestatem dimittendi divinum officium et reincipiendi, et excommunicandi et absolvendi, si quis inde aliquid abstulerit. Huic autem confirmationi affuerunt testes subscripti. Signum Mazelini archidiaconi. S. Gerardi archidiaconi. S. Vuidrici archidiaconi. S. Cristiani prepositi. S. Hugonis vice domini. S. Adelardi capellani. S. Goiffridi clerici. S. Heruardi clerici. S. Lanuini clerici. S. Oilbaldi decani. S. ipsius Vualteri castellani. S. Warini militis de Durges. S. Vuidonis militis. S. Nicholai militis. Actum Atrebati, in die Pentecostes, anno ab incarnatione Domini nostri millesimo octogesimo primo, indictione quarta, epacta VII^ma^, concurrente quarto, presidente Romanae sedi septimo Gregorio papa, et Remensi sedi Manasse archiepiscopo, et Cameracensi sedi secundo Gerardo episcopo, regnante Philippo rege Francorum, et Rotberto comite prebente ducatum Flandrensibus.

En même temps qu'il confirmait les possessions de Saint-Amé, Gérard II faisait un règlement sur les droits et les charges du prévôt et du trésorier du chapitre. La partie finale de cet acte a seule été publiée par M. Brassart (1). Nous le publions en entier d'après l'original.

23 mai 1081.

GÉRARD II, ÉVÊQUE DE CAMBRAI, DÉTERMINE LES DROITS ET LES CHARGES DU PRÉVÔT ET DU TRÉSORIER DE L'ÉGLISE COLLÉGIALE DE SAINT-AMÉ DE DOUAI. 23 mai 1081

5 *Original en parchemin en mauvais état, fragment de sceau, fonds du chapitre de Saint-Amé, à Lille. — Cartulaire du chapitre de Saint-Amé,* fol. 9 verso, *à Lille.*

Cum Deus omnipotens, per ineffabile sue majestatis imperium super celestes angelicas creaturas, alias famulari atque
10 alias diversis dignitatibus imperare mirifica consideratione ordinaret, eandem similitudinem ecclesie sue quandoque future inesse voluit, ut, sicut angelorum alii ad se invicem servientes et alternatim imperitantes, ad formatorem suum, id est Deum tenderent, ita terrestris habitaculi ecclesiastice
15 personc, discretis officiis alie jubentes atque alie invicem multiformiter servientes, Christum reformatorem suum, totius videlicet ecclesie caput, super omnia glorificarent. Unde antecessores nostri, supradictam similitudinem exequuti, in sancti quoque Amati ecclesia diversa dominia et diversa officia secre-
20 verunt, prepositum scilicet et thesaurarium.

Prepositi autem diversitates officiorum sunt he. Maceriam monasterii si cadat omnino restituere debet, cooperire et, si necesse fuerit, recooperire. Celatum vero et intrarias et cappas, et crucem, et candelabra, et infulas, et alia ornamenta, atque

(1) Preuves, p. 25.

23 mai 1081 etiam omnia que choro et ecclesie necessaria sunt pro posse suo facere et reficere.

Thesaurarii vero officia sunt hec. In ecclesia luminaria prebere debet, et hoc ita ut nec in die nec in nocte luminaria omnino extinguantur vel deficiant. In sex autem festivitatibus quadraginta cereos in unoquoque luminare prebere debet. In septima vero festivitate, scilicet sancti Amati que est in octobri, sexaginta, quorum viginti quatuor unusquisque quatuor marcarum ponderis sit, et unusquisque reliquorum unius marce.

Sex vero festivitates in quibus XL cerei ministrantur sunt he : festivitas Natalis Domini, Epyphanie, Pasche, sancti Mauronti, Pentecostes, Omnium sanctorum. In his I cereum semper ante sanctum, IIII^or vero circa, dum cantatur. Thesaurum ecclesie totum servare debet; pallia et manutergia, cortinas, albas, dalmaticas, infulas, tapeta et alia ornamenta servare, lavarique et consui, reficique si opus est facere. Cordas thimpanarum ligare et monasterium protendere, et ferreis ligaminibus thimpanas si solute fuerint ligare debet. Thus vero omni die ad principalem missam, in sollempnitatibus autem ad matutinas et ad vesperas, tribuere debet. In festivitatibus vero omnibus duarum timpanarum, tres cereos post altare et septem ante mittere debet, et unum in medio chori. In omnibus dominicis diebus vel omnibus novem lectionum festivitatibus, unum post altare et tres ante ponere debet, et quandocumque necesse fuerit ad legendum vel ad cantandum candelam prebere. In omni die duos cereos, unum ad dexteram et alterum ad sinistram altaris, in initio misse accensos ordinare debet. In supradictis autem septem festivitatibus, debet ipse idem altare parare et in medio chori cereum positum post vitatorium [a] accendere, et in Pascha novum igniculum usque ad cereum ferre, et hech cere in cereo sancti Pasche non ardens [b], candela

a. pour invitatorium. *Voir Du Cange.*

b. Les mots et hech cere, etc., *sont évidemment* fautifs.

desuper ardente, dare In festivitate sancte Marie candelarum omnibus canonicis pulchras candelas ad honorem festi tribuere, et eam solam quam sacerdos in manu tenuerit dum missam celebraverit majorem facere, post missam omnibus canonicis disperticndam. In quinque vero festivitatibus, scilicet natalis Domini, sancte Marie candelarum, prime dominice quadragesime, sancti Amati in octobri, Omnium sanctorum, unicuique canonicorum unam candelam dare, custodem ecclesie et mareglarium qui ei et ecclesie honorifice serviat statuere, atque omni die, ad missam et ad quamcumque horam dum cantatur, accensam ante sanctum Amatum in cripta candelam ponere debet, et superius ante altare similiter, ad quamcumque horam dum cantatur, unam candelam super candelabrum accensam ponere. In dedicatione ecclesie, ad unamquamque columpnam templi candelam accensam ad vesperas et ad matutinas mittere debet, et, in cripte dedicatione, similiter viginti et iiii^or^ cereos ad tenebras prebere; in Pascha, ad sepulchrum quatuor cereos, in officio cantore incipiente *Accendite* accendendos, et quamdiu officium celebratur in ecclesia, quoad tamen sepulchrum steterit, cerei semper ardeant; dum vero non celebratur officium, uno tantum ardente, cerei extinguantur. Quod autem superius diximus, scilicet in festivitatibus duarum tympanarum tres retro et septem ante, et in omnibus dominicis diebus et in omnibus novem lectionum festivitatibus unum retro et tres cereos ante altare accensos ponere debere, ita intelligendum est ad vesperas et matutinas. Panem et vinum officio ecclesie prebere debet, et sextarium vini ad lavandum altare, et ad incipiendam antifonam que est *O* quatuor sextaria vini, et custos sibi suppositus ad suam incipiendam totidem. Cereos vero quos, ad vesperas et matutinas et principalem missam, pueri sive alii albis induti ante sacerdotem ad altaria thure adolenda portant, prebere debet, et ad obsequia mortuorum canonicorum peragenda, ad missam et post missam usque dum tumulentur, cereum unum unicuique

23 mai 1681

23 mai 1081 canonico ministrare. Custos autem suppositus sibi honorabilis habitu quemadmodum canonicus in ecclesia erit, atque triginta solidos in feodum a thesaurario habebit, nec ab eodem thesaurario nisi communi capitulo judicabitur. In introitu servandi thesauri pastum canonicis in refectorio persolvere debet, unde nichil foras portabitur quod sit secundum usum pastus prebendarum. Sacrarium debet facere thesaurarius, et ad extremam lectionem reliquias candele clerico qui eam legerit semper tribuere. Estivis festivitatibus, scilicet Paschę, et sancti Mauronti, et Penthecostes, et dedicationis ecclesie, et sancti Amati in septembri, juncum in choro et circa altare, in illa vero que est in octobri per totam ecclesiam; hyemalibus autem festivitatibus, Omnium videlicet sanctorum et Natalis Domini, et in introitu quadragesime, fenum in choro.

Hec igitur officia et has consuetudines quas superius diximus thesaurarius sancti Amati ecclesie ex debito persolvat; nichil vero supra debet nisi spontanee devoverit. Et ne in futuro, inter thesaurarium et prepositum, de debitis consuetudinibus, lis aut altercatio oriatur, sua unicuique officia consuetudinesve scriptis separate sunt, precipientibus videlicet Raimaro preposito et comite Rotberto, Vualteri castellani et omni canonicorum communi consilio.

De supradictis autem luminaribus, nec prepositus nec canonici, sive separatim sive communiter, possunt quicquam thesaurario indulgere, nisi forte, terra fame aut guerra devastata, communi consilio eorum, quoad terra rehabundaverit, mediocriter alleviare. Si autem, dum commode luminaria preberi poterunt, indulgere ei conentur, inimice crudelitatis gladio anathematizentur. Et si quid in officio sibi commisso thesaurarius deliquerit, vel negligenter egerit, et de supradictis luminaribus sanctus seu canonicalis societas aliquid amiserit, in communi capitulo a canonicis inplacitatus restituet, aut societatem fratrum perdet, donec emendaverit quod per negligentiam intermiserit. Ad hoc ergo ministerium regendum,

aliquis ejusdem ecclesie canonicus, nullius tamen prelationis ipsius ecclesie cura impeditus, communi dispositione prepositi scilicet et reliquorum canonicorum, idoneus honestusque eligatur, cujus electionis si dissensio fuerit inter eos, majori parti concedatur. Talis autem electus thesaurarius sacramentum de santuario et ornamentis ecclesie servandis preposito et aliis canonicis debet facere, videlicet non perdendi per se valens quinque solidos. Et, si quid de thesauro sibi commisso communi consilio canonicorum pro necessitate ecclesie pigneraverit, quoadusque illud vademonium redemptum fuerit, nullum accommodabit aliud. Quod si ultra modum distulerint redimere et, querimonia coram preposito vel coram capitulo facta, iterum, iterumque distulerint, thesaurarius cuncta que in ecclesie servitio debentur quoad vademonium rehabeat pro velle suo retinebit, nec ullo modo ab eis de hoc judicari usquedum reddatur poterit. 23 mai 1081

Hoc autem officio ad serviendum tantum sancto taliter ordinato, atque ab aliis ecclesie officiis penitus separato, si prepositus vel aliquis canonicorum seu quecumque persona de potestate aut feodo thesaurarii aliquid dempserit, et proprietati sue seu aliorum fratrum communioni addiderit, et a fratribus ejusdem ecclesie anathematizetur, et donec usque ad satisfactionem reddat quod injuste rapuerit, si incola fuerit, eadem ecclesia divino officio privetur; sin autem divinum officium in ea celebretur et ille qui rem thesaurarie subtraxerit cotidie in eadem ecclesia, quoadusque cuncta restituerit, excommunicetur.

Hec sunt igitur beneficia thesaurarie feodo attributa: principale altare sancti Amati et omnia que offeruntur ad illud sive ad omnia cetera altaria, his tamen exceptis, pane, carne, caseo, potu, et lana et lino non operatis. Oblatio vero que manu sacerdotis offertur dum missa celebratur, exceptis candelis et cera, canonicorum est. Et si canonicis in Epyphania presepe facere placuerit, thesaurarius eis prohibere non poterit, immo ornamenta que huic rei faciunde necessaria erunt accommodabit.

23 mai 1081 Sciendum quoque est quod omnia que ibi offeruntur, excepta cera et candelis, canonicorum sunt. Que videlicet cera et candele, ubicumque sancto oblate sint, sive intra ecclesiam sive foris, thesaurarii sunt ad luminaria sancto facienda. Tapeta vero et cortine, et manutergia et albe, et pallia et omnia his similia que sancto ubicumque offeruntur, in custodia thesaurarii ad serviendum Deo in ecclesia et sancto remanere debent. Si pro mortuis tympane pulsande sunt, prima die in manu thesaurarii est; ceteris vero diebus preter primam diem, in manu canonicorum est. Crucem vero et pallia mortuis superponenda prestare thesaurarii est. Reliquias super quas juratur prestare similiter ejusdem est. Bestie vive et servi principali altari traditi canonicorum sunt. Servi autem altari, ut ita dicam, cervicali traditi atque sancto quoquo modo addicti omnes thesaurarii sunt [a].

Gualterus, Duacensis castellanus, ditavit thesaurariam supradictam ex subscriptis beneficiis. In Duacu, juxta Vineam, sex hospitibus liberis, et in burgo I nec tamen libero. In territorio Duacensi, in villa que dicitur Berberies (1), dimidietate molendini. In villa que Comitatus (2) dicitur, quarta parte ville, in hospitibus, terris, molendinis, pratis, silvis, aquis cum appenditiis, libera; et in Alceel (3), VIII hospitibus et dimidio et octava parte territorii ville et silvarum. In Huuling (4), medietate alodii Hugonis castellani et Adeline, uxoris ejus, cum appenditiis. Et Fresvi-

a. Ce qui suit a été publié par M. Brassart.

---

(1) Brébières, canton de Vitry, arrondissement d'Arras (Pas-de-Calais). On a vu que l'abbaye de Saint-Amand possédait des biens dans cette localité. Voir ci-devant, pp. 59 et 74; voir aussi pp. 169 et 176.

(2) La Comté, canton d'Aubigny, arrondissement de Saint-Pol (Pas-de-Calais).

(3) Auchel, canton de Norrent-Fontes, arrondissement de Béthune (Pas-de-Calais).

(4) Houplin, canton de Seclin, arrondissement de Lille (Nord).

lers (1), medietate cum appenditiis. In Albiniacensi territorio (2), medietate ville, id est Maisnil (3), in hospitibus, terra, silva, libere. In Cameracensi, apud Fins (4), medietate alodii Gualteri Cameracensis et Adeline filie ejus. In Bergensi territorio, juxta Grimevelt (5), terra dimidie berquarie et eo plus Et juxta Duacum, in villa que dicitur Flers (6), et in villa que dicitur Hasperach (7), alodio quod dedit Ivo Galtero castellano in terra, in pratis, in mares et in silva. 23 mai 1081

His beneficiis et alodiis ad luminaria sancto ministranda Galterus castellanus, ecclesiastice dignitatis sublimator egregius, ecclesiam sancti Amati obnixe decoravit, et ab omnibus incursationibus raptorum quoad vixit eandem ecclesiam pro posse suo defendit.

Igitur, karissimi fratres et domini, vobis inquam canonicis, si aliquis miles, sive quilibet laïcus, secularibus negociis irretitus, taliter, ut dictum est, honorare decreverit ecclesiam, vos qui ad hoc electi estis, quanto impensius condecet venerari, ergo a lupis rapacibus temporalia bona glutire volentibus vos et fideles ecclesie pro posse defendere curetis, quatinus cum beato Amato in celis perhenniter gandeatis, ne videlicet, si in hoc negligentes fueritis, et hic temporaliter excommunicemini, et postmodum sempiterno anathemate a consortio sanctorum separemini.

Hec beneficia sunt tradita sancto Amato et confirmata temporibus videlicet septimi Gregorii pape, Manasse Remorum archiepiscopi, Gerardi Cameracensis episcopi jam electi, regnante vero Philippo rege, et comite Rotberto concedente, qui tunc Flandrie preerat; tempore quoque Galteri supradicti, Raimari ejusdem ecclesie prepositi, Geroldi cantoris, Rozelini decani, Bertuini thesaurarii; viventibus canonicis Rodulfo, Gualberto, Gualtero, Canino, Herberto, Gerardo, Durando, Gozuino, Hugone, Goismaro, Azone, Herimanno custode, Haverto, Guiberto, Fulberto, Ingelrando, Heriberto, Hazone scolastico.

---

(1) Frévillers, canton d'Aubigny, arrondissement de Saint-Pol.

(2) Aubigny, canton de ce nom, arrondissement de Saint-Pol.

(3) Maisnil, canton et arrondissement de Saint-Pol.

(4) Fins, canton de Roisel, arrondissement de Péronne (Somme).

(5) Ghyvelde, canton d'Hondschoote, arrondissement de Dunkerque (Nord).

(6) Flers, arrondissement et canton de Douai.

(7) Lieu inconnu aux environs de Flers. Comparer Le Glay, *Revue*, etc., pp. 124 et 131.

23 mai 1081 Hec supradicto tempore facta sunt. Postmodum vero ego secundus Gerardus, Cameracensis ecclesie gracia Dei episcopus, propria manu confirmavi, et quicumque datorum vel etiam dandorum aliquid subtraxerit, tamdiu excommunicationi subjaceat, donec ad satisfactionem veniat. Huic autem confirmationi affuerunt testes subscripti. Signum Mazelini archidiaconi. S. Gerardi archidiaconi. S. Guidrici archidiaconi. S. Cristiani prepositi. S. Adelardi capellani, Goiffridi, Heroardi, Lantuini, Oilbaldi. S. Gualteri castellani.

Actum est hoc in die Pentecostes, anno ab incarnatione Domini nostri millesimo octogesimo primo, indictione quarta, epacta vii^ma^, concurrente iiii, presidente Romane sedi vii Gregorio papa, Manasse Remorum archiepiscopo, regnante Philippo rege Francorum, et Rotberto comite Flandrensium. (*Monogramme à l'intérieur du contre-sceau.*)

XII.

L'ABBAYE DE CRESPIN.

Le monastère de Crespin a été fondé par saint Landelin dans la seconde moitié du VIIe siècle (1). Il reste peu d'actes originaux de cette abbaye; ils paraissent avoir péri en partie dans un incendie en 1477 (2).

On conservait à l'abbaye, au siècle dernier, un cartulaire, aujourd'hui perdu, de la fin du XIIIe ou du XIVe siècle, que nous avons décrit ailleurs (3). Les documents qu'il contenait ont heureusement été copiés, en 1772, par dom Queinsert, et ils figurent dans la collection Moreau, à Paris. Nous avons publié les plus anciens, qui remontent aux années 856, 931, 974, 1069, etc. (4).

---

(1) Crespin, sur le Honneau ou Honelle, appartient à l'arrondissement de Valenciennes, canton de Condé; cette localité touche à la frontière belge.

(2) Note de dom Queinsert sous l'acte de 1130 ci-après. M. Gonzalès Decamps a publié récemment un acte de 1158, trouvé en original dans un dossier des archives du Conseil souverain du Hainaut (*La Celle de la Sainte-Trinité*, dans les ANNALES DU CERCLE ARCHÉOLOGIQUE DE MONS, t. XXIII, 1892, p. 276). Un second original du même acte existe à Lille.

(3) Voir nos *Recherches*, etc., p. 303, note.

(4) *Ibidem*, pp. 302, 332, 349, 363, etc. WAUTERS (*Analectes de diplomatique*, pp. 212, 232, 321, 327 et 333) a publié cinq actes de 1122, 1131-1136, 1138, 1141 et 1144, d'après les copies de la collection Moreau; d'autres copies, prises dans le cartulaire et trouvées à Mons ont aussi été publiées par M. Gonzalès Decamps, dans le travail cité plus haut.

Nous puisons à la même source quelques documents du XIIe siècle qui présentent un certain intérêt.

1128.

1128 GOSSUIN DE MONS RESTITUE A L'ABBAYE DE CRESPIN UNE FEMME, DU NOM DE BERTHE, QU'IL AVAIT ESSAYÉ DE LUI SOUSTRAIRE.

Original, collection de Flandre, à la Bibliothèque nationale, t. CXC, p. 1. — *Collection Moreau*, t. LIII, p. 117, *d'après cet original.*

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Amen.

Noverint omnes tam presentes quam futuri quod ego, Gozuinus de Montibus, feminam quandam, Bertam nomine, quam ecclesia beati Landelini de Crispinio tenebat, ut mihi fuerat dictum de jure meo esse, ab ipsa ecclesia auferre volens, convictus tam ratione quam justo ecclesie tenore, illud injustum quod exigebam, pro anima patris mei et antecessorum meorum et mea, beato Landelino super altare reddidi; et inde absolutionem petens, ne quis posterorum meorum aliquam calumpniam inde inferret, vinculo anathematis ab abbate Gualthero ejusdem loci et a cunctis fratribus interminare feci. Ut autem redditio ista, ne quis amplius posterorum meorum eam perturbare voluerit, firma et inviolabilis perseveret, testes idoneos annotare feci. S. mei Gozuini, qui hanc cartam fieri jussi. S. Oduini, abbatis Cellensis. S. Guillelmi de Odegin. S. Soifridi majoris. S. Rainardi, fratris ejus. S. Gomari majoris. Actum Crispini, anno incarnati Verbi millesimo C° XXVIII°, indictione v^a, epacta XVII^a, concurrente v^a, regnante rege Lothario, anno III° regni ejus, Burchardo Cameracensi episcopo pontificante anno XV. S. mei Gualtheri, abbatis Crispinensis, qui hanc excommunicationem feci et sigillo ecclesie et nostro signavi. Berta ergo ista et posteritas ejus pro capitis censu,

vir ii^os, femina i^um nummum ad altare per[solvet, pro] maritali 1128
vero licentia vi, pro mortua manu xii^cim; et si posteri . . .
. . . . tota ejus pecunia juri ecclesie subjacebit. Si quis
. . . . . fuerit, anathema sit, nisi resipuerit.
5 . . . . . et relegi.

1130.

CONVENTION ENTRE L'ABBAYE DE CRESPIN ET SES MEUNIERS DE CE LIEU. 1130

Collection Moreau, t. LIV, p. 143, *d'après le cartulaire.*

10 In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, amen. Volumus tam futuris quam presentibus notificare conventionem quamdam que facta est inter fratres ecclesie beati Landelini de Crispinio et molendarios eorum, ut quod ipsi ruricole, natura quippe maligni, quicquid bene compositum, justicia dictante,
15 fuerit, pejorare et ficto mendacio semper adnichilare conantur, ad memoriam posterorum ipsa conventio, apicibus tradita, firma et inconvulsa permaneat. Est ergo talis. Molendarii, quorum nomina sunt Balduinus, Walterus, Robertus, Maurinus et Walterus, custodiam habentes molendinorum maleque eam
20 et negligenter agentes, et pro hoc molendinis per triennium adnichilatis, ad hoc sunt constricti, ut custodiam illam Deo et sancto Landelino redderent, eo tenore ut abbas et fratres communi consilio tam suo quam et molendariorum qui terciam partem pro magisterio molendini habent, salvum custodem in
25 molendino ponent, et ipse custos tam sancto quam illis fidelitatem jurabit; ipsis vero supradictis molendinariis, pro custodia quam antiquitus habebant, v bostellos, ii^os scilicet frumenti et tres molture, qui de communi accipientur, quot ebdomadibus ecclesia dabit, nisi pro negligentia magisterii eorum, molendini vacui fuerint; et tunc dampnum ecclesie

1130 exsolvent. Reliqui vero v bostelli quos accipiebant et si quid plus custodi datum fuerit, de communi dabitur. In gravaturas vero braisiarum et omnia que in molendino accipiebant, exceptis illis v bostellis et tertia parte eorum pro magisterio que jam supra notavimus, et ipsam custodiam ex toto Deo et sancto Landelino reliquerunt, et coram legitimis testibus exfestucaverunt et super sanctas reliquias se et posteros suos non repetituros abjuraverunt et in infractores hujus conventionis excommunicationem fieri rogaverunt, que facta est a predictis ecclesie Crispiniensis fratribus, nam fortuitu tunc abbas Galterus aberat; quam veniens confirmavit et apicibus sigillatis in posteros servandam firmavit. Hujus conventionis testes fuerunt quorum nomina subtitulantur. Signum Hugonis quondam abbatis, et fratrum ecclesie. S. Gunimari villici. S. Gonimari sponsarii et aliorum multorum Si quis contra hanc conventionis cartam, demonica instinctus vesania, venire temptaverit, semel, bis, tercioque commonitus, nisi resipuerit et cum digna satisfactione dampnum ecclesie restituerit, cum Juda traditore et sequacibus ejus gehenne ignibus tradatur perpetualiter cremandus. Actum Crispini, anno incarnati Verbi M° C° XXX°, indictione VIII^a, concurrente II°, epacta VIII^a, comite Montensi Balduino anno VIII° comitatus ejus (1). Ego Gualterus, humilis minister Crispiniensis ecclesie, hanc conventionis cartam corroboratione sigilli nostri confirmo, et auctoritate Patris et Filii et Spiritus sancti infractoribus excommunicationem impono. Amen.

---

(1) Baudouin IV était mineur lorsque mourut Baudouin III, son père On doit admettre, d'après cette mention, qu'il commença à gouverner en 1123.

1131.

COMPOSITION ENTRE ARNOULD DE QUIÉVRAIN, DIT HAUWEL, ET L'ABBAYE DE CRESPIN AU SUJET D'UN MOULIN CONSTRUIT PAR LE PREMIER SUR L'ALLEU DE L'ABBAYE. 1131

5 *Collection Moreau*, t. LV, p. 62, *d'après le cartulaire.*

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Ad memoriam tam presentium quam futurorum, scriptum est hoc cirographum de concordia que facta est inter nos et Arnulfum, advocatum nostrum de Cavren, cognomento Hauhel (1), pro 10 quodam molendino quem pater ejus Gualterus injuste et contradicente capitulo nostro super allodium ecclesie nostre construxerat. Post cujus mortem, Arnulfo filio ejus simili injusticia predictum molendinum restaurante, nos Balduino, comiti Montensi, super hac re clamorem fecimus, et ad diem 15 constitutum coram ipso uterque venimus. Cum igitur Arnulphus [per] clamoris nostri intensionem et suam responsionem causam propriam debilitari adversum nos perciperet, de concordia per amicos suos nobiscum loqui cepit, quam rem pro pace ejus et benivolentia libenti animo recepimus. Facta est 20 autem inter nos et ipsum compositio talis in molendino nostro quem antiquitus super fluvium Hon ecclesia nostra tenebat de duabus partibus nostris (nam Oilbaldus noster molendinarius terciam jure hereditario possidet); unam partem per omnia Arnulfo advocato concessimus, et ipse in isto molendino de 25 quo ei calumpniam feceramus, dimidiam partem per omnia perpetuo possidendam nobis concessit; ita sane ut ipse de expensis nostri molendini tertiam partem per omnia persolvat, et nos in isto dimidiam partem per omnia persolvamus. Molen-

(1) On voit, par un acte de 1138 environ, qu'Arnould de Quiévrain 30 se disposait, en cette année, à partir pour la Terre-Sainte. WAUTERS, *Analectes*, etc., p. 321.

1131 dinarius noster ei fidelitatem sicut nobis faciet. Similiter custos in isto molendino communi assensu ponetur, fidelitate nobis utrisque communiter facta et subjectione permissa. Si pro communi patrie guerra molendinus destructus fuerit, aut etiam nocte vel clanculo combustus, malefactore non apparente, communibus expensis reficietur. Si vero culpa Arnulfi vel pro guerra ab aliquo sibi illata destructus fuerit, Arnulfus per se molendinum reficiet, et interim in nostro nichil penitus accipiet, donec iste restitutus fuerit. Si Arnulfus de restauratione molendini negligens fuerit, monachus infra quindecim dies eum vel ministrum ejus submonebit. Si vero nec sic restauraverit, in potestate monachi tunc erit ut molendinum restituat et precium restaurationis computabit, Arnulfo nichil interim accipiente, donec monachus acceperit omnes expensas quas in ipso posuit. Si Oilbaldus molendinarius vel heres ejus in hoc molendino jure hereditario aliquid clamaverit, Arnulfus cum eo nullam concordiam facere poterit, nisi quod communis justicia ante nos et ipsum dictaverit. Si participes ville pro hoc molendino contra Arnulfum placitaverint et contra ipsum derationaverint quod molendinum cadere oportuerit, Arnulfus vel heres ejus in nostro postea penitus nichil habebit. Constitutum est etiam in hac concordia quod dimidiam partem hujus molendini Arnulfus vel heres ejus a Theoderico abbate nostro et successoribus ejus in feodum teneat, et hominium eis faciat, ita sane ut, si per hoc hominium ab abbate submonitus ad justiciam fuerit, infra comitatum Montensem abbas adversus eum de querelis suis placitabit; extra vero exire eum cogere non poterit. Ut autem hec concordia firma sit et inviolata permaneat, probabilium virorum testimonium est appositum. S. Symonis, abbatis Sancti Nicholai. S. Oduini, abbatis Sancti Gisleni. S. Gualberti, abbatis Sancti Petri de Altomonte. S. Hugonis, patrui ipsius Arnulfi. S. Godefridi de Boleen. S. Baldrici de Resin. S. Gunteri de Cim. S. Egidii filii ejus. S Theoderici Surdi. S. Arnulfi filii Gerardi. S. Geraldi de

Monticulo. S. Gorselini de Antonio. S. Theoderici archidyaconi. 1131
S. Theoderici de Linea. S. Ysaac castellani. S. Alulfi de Gomeniciis. S. Balduni, patrui ipsius Arnulfi. Actum ab incarnatione Domini anno M° C° XXXI°.

5 1133.

BAUDOUIN IV, COMTE DE HAINAUT, DONNE A L'ABBAYE DE CRESPIN 1133
L'AVOUERIE DES COLONS ET SERFS (familia) DE SAINTE-MARIE D'AUDIGNIES.

Collection Moreau, t. LVI, p. 50, *d'après le cartulaire.*

10 In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Ego Balduinus, Hainnoensis comes, notificare volo fidelibus cunctis tam presentibus quam futuris, Algotum venerabilem abbatem cenobii beati Petri, apostolorum principis, quod est situm in pago Hainnaucensi in villa Crispinii, precibus me adisse humillimis, 15 quatinus advocationem tocius familie Sancte Marie de Audena (1), que de cognatione domni Ragineri predecessoris sui ejusdem monasterii processit, que in possessione ejusdem ville circumquaque commanet, Deo ac sancto Landelino confessori, qui in monasterio prefato corpore requiescit, dignarer 20 largiri. Cujus precibus aures meas accommodans, tam pro regni celestis remuneratione quam ejus jocunda victus dilectione, predictam familiam liberam et absque omni calumpnia perpetualem, uti petierat, Deo et sancto Landelino donavi sueque ditioni subjeci; hoc etiam fixum statuens atque commonens, 25 ne ulterius a quoquam successorum vel alia qualibet persona eidem familie quicquam dominatus aut servitii, excepto abbate predicti monasterii, presumatur imponi. Ut autem hec mea largitio firma, rata inconvulsaque habeatur, a predicto abbate et ejusdem fratribus fieri excommunicationem jussi. Hoc etiam

(1) Audignies, arrondissement d'Avesnes, canton de Bavai.

1133 futurorum memorie cupiens tradi, impressione sigilli mei legaliter roboravi. Actum est hoc apud Valencianas sub horum probabilium virorum testimonio. S. Isebardi de Mons. S. Roberti de Asionville. S. Nicolaii, filii Arnulfi Spine. Actum incarnati Verbi M° C° XXXIII°. 5

1136.

1136 EREMBURGE, FEMME DE CONDITION LIBRE, S'ASSERVIT A L'AUTEL DE SAINT LANDELIN, A CRESPIN.

Collection Moreau, t. LVI, p. 205, *d'après le cartulaire.*

In nomine sancte et individue Trinitatis, notum sit omnibus 10 tam futuris quam presentibus quod ego, Eremburgis nomine, cum essem libera et nullius servituti obnoxia, ob salutem anime mee, consilio parentum meorum, libere me cum omni posteritate mea attribui ad altare sancti Landelini Crispiniensis ecclesie, ea conditione, ea lege, ut omnis origo mea in 15 autentica libertate abbatis et ecclesie permaneat, exclusa omni advocatura cujuslibet laici; in die autem festi ejus que est XI° kl. octobris, ad altare ipsius vir duos denarios et mulier unum pro capitali censu persolvat; et, ultra hunc censum, non sit qui requirat neque placitum, neque badimonium, neque 20 servitium, nec advocationem aliquam, nisi quod, pro maritali licentia, vir sive mulier sex solummodo denarios persolvat, et pro mortua manu duodecim. Si quis autem hanc ingenuitatis cartam infringere voluerit, iram divinam incurrat et a consortio sanctorum alienus existat. Ut igitur hec carta stabilis 25 permaneat in evum, horum testimonio corroboratur virorum. Signum Algoti, ejusdem ecclesie abbatis. Signum Harwelli de Keuraing. S. Theoderici de Mosteruel. S. Roberti et Gommari et aliorum multorum. Actum anno incarnati Verbi millesimo centesimo tricesimo sexto, indictione quarta decima, concur- 30 rente tercio, epacta XV°. Eremburgis enixa est Gerberge et Lierardi.

Vers 1140.

GAUCHER DE QUIÉVRAIN DONNE A L'ABBAYE DE CRESPIN L'ALLEU QU'IL POSSÉDAIT A HAUTRAGE. Vers 1140

Collection Moreau, t. CCLXXVI, p. 185, *d'après le cartulaire.*

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, amen. Ad turbandam pacem ecclesie malinorum semper vigil et erecta est astucia, et ideo necessitas expetit ut quicquid Christi ecclesie fidelium devotio largitur litterarum apicibus confirmetur Ea propter tam futuris quam presentibus notum esse volumus quod quidam miles de Caurehn, Walcherus nomine, allodium quod in villa Haustragia (1) legitime ut heres possidens, pro anima filii sui Walteri sancto tradidit Landelino, quod per omnia nominatim exprimere nos hic decrevimus : terram scilicet arabilem ad xx^ti^ viii^e^ mensuras, quas nos *viteels* (2) dicimus; et tria curtilia, et dimidium avene, et sex panes; et octo capones in natali Domini; necnon xviii^cim^ denarios pro falcibus et sex pro furcis, et vi in medio martio, et novem manipulos pro restauratione in festivitate sancti Remigii. Molendinarius unum panem, qui novem valeat, in die natalis Domini debet, et denarium pro curtili et tercio anno caponem; et insuper addita nona parte molendii, et terragii, et decime, et nemorum, et censum pratorum; et in communi

(1) Hautrage, arrondissement de Mons, canton de Boussu.

(2) La *huitelée* était une mesure de terre variant de 23 ares 77 centiares à 33 ares 43 centiares. Sur les mesures agraires dans l'ancien Hainaut et dans le nord de la France, voir LE GLAY, *Revue des* OPERA DIPLOMATICA *de Miræus,* pp. 42, 192 et 209, et les ouvrages qu'il cite.

Vers 1140 prato unam carratam et dimidiam feni; et piscationem in aquis; et, ut ita percludam, totius ville nonam partem allodii. Hanc etiam in decima segetum et lini, scilicet nonam partem, in vico qui Villa (1) dicitur, idem miles nobis contulit. Hujus rei testes sunt Balduinus, filius ejusdem, Baldricus de Resin, 5 Geraldus de Moncel, Fulco de Alneto et filii ejus; et alii quamplures.

1142.

1142 LE PAPE INNOCENT II CONFIRME LES POSSESSIONS DE L'ABBAYE DE CRESPIN.

Collection Moreau, t. LX, p. 55, *d'après le cartulaire.* 10

Innocentius. episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Algoto, abbati Crispiniensi, ejusque fratribus, tam presentibus quam futuris regulariter substituendis in perpetuum. Religiosis desideriis dignum est facilem prebere consensum, ut fidelis devotio celerem sortiatur effectum. Eapropter, dilecti in 15 Domino filii, vestris justis postulationibus annuentes, sancti Petri monasterium, quod est situm in villa que vocatur Crispinium super fluvium Hon, in pago Hainau, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et presentis scripti privilegio communimus; sta- 20 tuentes ut quascumque possessiones vel bona idem monasterium in presentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, liberalitate regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, auxiliante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illi- 25 bata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis : altare de Crespin et totam villam a novo fossato

(1) Ville-Pommerœul, arrondissement de Tournai, canton de Quevaucamps.

usque ad Haynam fluviolum, cum omnibus suis possessionibus, in pratis, in agris cultis aut incultis, in aquis aquarumve decursibus, molendinis, hospitibus, cum decimis et cum advenis qui, undecumque venerint, vestre advocationis sunt; 1142
5 silvam que Ambligis (1) dicitur, sicut a bone memorie comite Balduino et matre ejus Richildi beato Landelino reddita, et a venerabili viro Gerardo, Cameracensium episcopo, confirmata, et omni exactione libera, sicut etiam ab Urbano bone memorie, predecessore nostro, privilegio vobis confirmatum est (2); in
10 villa de Cavrecin (3), duas carrucatas terre et hospites, cum allodio de Baisuel (4), et totam decimam ville a Morcinpont (5) usque ad terminum parrochie de Onengio (6), et prata et molendinum de Clauluce (7); in villa de Sevorch (8), terram arabilem, hospites, molendinum et silvas; in villa de Cepli (9),
15 altare, carrucatam terre et curtilia, et totam decimam de culturis; de ceteris vero terris, decimam tantum ad altare pertinentem; in Valentianensi castro, plures hospites, duo viacella et dimidium, et terram Ascele, uxoris Hugonis filii Lietardi, cum hospitibus suis; in villa de Chauren (10), terram et hospi-

---

20 (1) La forêt d'Amblise. Voir nos *Recherches*, etc., p. 151. Une note de dom Queinsert porte : « L'abbaye y possède 290 arpens, le » prince de Ligne le reste, sur les paroisses de Crespin, Quaroube, » Onnaing et Wicq. »

(2) Voir les actes de Richilde (1080) et du pape Urbain II (1093).
25 Miræus, t. II, pp. 1135 et 1140.

(3) Quiévrechain, arrondissement et canton de Valenciennes.

(4) Baisieux, arrondissement de Mons, canton de Dour.

(5) Morchipont, arrondissement et canton de Valenciennes.

(6) Onnaing, arrondissement et canton de Valenciennes.
30 (7) Claulue (?), dit une note de dom Queinsert.

(8) Sebourg, arrondissement et canton de Valenciennes.

(9) Ciply, arrondissement et canton de Mons.

(10) Quiévrain, arrondissement de Mons, canton de Dour.

1142 tes; in villa de Eslogio (1), altare et unam carrucatam terre, decimam sancti Germani (2), terragium et hospites; in villa Harmenio (3), curtem liberam et culturas similiter liberas ab omni decima, hospites et duo molendina, et alodium de Sancto Simphoriano (4), et unam carrucatam terre in eadem villa Harmenio; in villa de Tungre (5), medietatem altaris cum dote ejus; in pago Thessandrico, villam que dicitur Empla (6), et altare ejusdem ville, quod ab omni personatu liberum esse statuimus, cum terris, pascuis, aquis, servis et ancillis; in pago de Montini (7), terram et hospites et silvam unam; in villa de Bleugiis (8), altare; in villa de Guxeniis (9), altare et hospites, cum terra; in Ercana (10), hospites quosdam, et hospites de Rosin (11); ad portam Valentiani castri, curtilia et hospites; capellam de Heensis (12), cum terris, aquis, silvis, pratis, et sedem unius molendini; et allodium de Diuvalines (13) et de

(1) Élouges, arrondissement de Mons, canton de Dour.

(2) Dépendance d'Élouges?

(3) Harmignies, arrondissement de Mons, canton de Pâturages.

(4) Saint-Symphorien, arrondissement et canton de Mons.

(5) Tongre-Saint-Martin et Tongre-Notre-Dame, arrondissement de Mons, canton de Chièvres.

(6) Empel, district et canton de Bois-le-Duc, province de Noord-Braband (Hollande). Voir nos *Recherches*, etc., p. 333, et l'acte qui suit.

(7) Montigny-sur-Roc, arrondissement de Mons, canton de Dour.

(8) Blaugies, arrondissement de Mons, canton de Dour.

(9) Gussignies, arrondissement d'Avesnes, canton de Bavai.

(10) Erquenne, arrondissement de Mons, canton de Dour.

(11) Roisin, arrondissement de Mons, canton de Dour.

(12) Hensies, arrondissement de Mons, canton de Boussu.

(13) Dépendance de Sebourg (?).

Sevortcheel (1), et decimam de terra sancte Marie (2). Obeunte 1142
vero te, nunc ejusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astucia vel violentia preponatur; sed liceat vobis, communi consilio vel partis consilii sanioris, secundum Dei timorem et beati Benedicti regulam absque ullius contradictione abbatem eligere. Crisma vero, oleum sanctum et consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a diocesano suscipiatis episcopo, si quidem catholicus fuerit, et gratiam atque communionem Sedis apostolice habuerit, et ea gratis et absque aliqua pravitate vobis voluerit exhibere; alioquin liceat vobis catholicum quemcumque malueritis adire antistitem; qui nimirum nostra fultus auctoritate, quod postulatur indulgeat. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut quicumque se illic sepeliri deliberaverint, ordinationi et eorum extreme voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat, salva tamen matricis ecclesie justicia. Liceat eciam vobis, in communi interdicto ipsius episcopatus, clausis januis et exclusis excommunicatis atque interdictis, summissa voce divina officia celebrare. Si qua vero libera persona seculum fugere et in vestro monasterio religionis habitum suscipere voluerit, recipiendi eam absque ulla contradictione facultatem liberam habeatis. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat vestrum prefatum cenobium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva diocesani episcopi canonica justicia. Si qua ergo in posterum ecclesiastica secularisve persona hanc nostri privi-

---

(1) Sebourquiau, hameau de Sebourg.

(2) Lieu à Audignies. Voir ci-devant l'acte de 1133.

1142 legii paginam sciens temerario ausu contra eam venire temptaverit, secundo terciove commonita nisi satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine domini nostri Jhesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subjaceat; cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax domini nostri Jhesu Christi, quatinus et hic bone actionis fructum et apud districtum judicem premia eterne pacis inveniant. Amen, amen, amen. Data Rome, anno M° C° XLII° incarnationis dominice, pontificatus autem domini Innocentii XIII°.

11 avril 1146.

11 avril 1146 CONRAD III, ROI DES ROMAINS, CONFIRME A L'ABBAYE DE CRESPIN SES POSSESSIONS (1).

Archives de l'État, à Mons, copie du XVIIe siècle, d'après l'original. A. — *Ackersdyck, Nasporingen ontrent het landscap in vroeyer eeuwen Taxandria genoemt,* p. 182, *d'après une copie prise sur l'original en 1782.* B. — *Collection Moreau,* t. LXII, p. 103, *d'après le cartulaire.* C.

In nomine sancte et individue Trinitatis, Conradus, divina favente clementia, Romanorum rex secundus. Instinctu et aspiratione miseratoris Dei, propositis nobis caritativarum largitionum exemplis illustrium virorum Clodovei regis Francis, et Lotharii Romanorum regis, Henrici quoque regis, necnon Othonis imperatoris augusti (2); interventu quoque et peti-

(1) Vu son importance, nous republions cet acte, bien qu'il ait déjà reçu une certaine publicité en Hollande.

(2) Voir, dans nos *Recherches,* etc., pp. 302, 332 et 349, les diplômes des rois Lothaire et Henri et de l'empereur Othon Ier.

tione karissime [a] conjugis nostre Gertrudis regine, ad honorem ecclesiarum Dei et sustentationem pauperum Christi, ea que a memoratis christianissimis principibus rationabili munificentia monasterio Crispiniensi, nomine et honore sancti Petri apostolorum principis fundato et [b] beati Landelini confessoris venerabilis, in eodem monasterio corpore quiescentis, in pago Hainnoensi quod Harminiacum vocant, et [c] in comitatu Thessandrico, in villa que Empla vocatur, nec non in villis Honenniis [d], Cipliaco [e], Estron, Gelliniaco [f] (1), condonata et firmissimis et antiquis authoritatibus confirmata sunt, corde bono et animo volenti collaudamus et confirmamus. Ceterum, quia ad infringenda reverenda majorum statuta et ecclesiarum imbellium turbandam pacem secularium semper erecta est et jugis [g] astucia, ad precidendas mali ingenii occasiones et rapaces manus reprimendas, donaria supradicta ea libertate sicut actenus constiterunt et sacre auctoritatis antiquissima firmitate inconvulsa permanserunt, edicti nostri munimento constare et permanere decernimus. Eapropter, visum [h] est nobis [i]

11 avril 1146.

a. amate B.
b. atque B.
c. et *manque.*
d. Honenvil B.
e. Cipliuco B.
f. Gellimaco B.
g. viget B.
h. justum B.
i. vobis B.

---

(1) Sur Empel, Harmignies, Onnaing et Ciply, voir la charte qui précède. *Estron* correspond à Etrœux, arrondissement et canton de Valenciennes, et *Gelliniacum* à Ghlin, arrondissement et canton de Mons.

11 avril 1146 necessarium et predicte ecclesie Crispiniensis deservitoribus utile, non tam ipsas donationes nominare, quam numerum mansorum, instar veterum privilegiorum magnorum et munificorum prefatorum regum, ponere et jura distinguere. In villa itaque Harminiaco, sita super fluvium Truilam, habenter xxx[a] mansi, simul cum curte una et hospitibus et molendinis duobus, ubi de tribus[b] culturis[c] proprii allodii sui ab antiquo[d], sine omni calumpnia sive[e] contradictione, prefati servi Dei decimas accipiunt. In comitatu vero Thessandrico, habent villam Empelin[f] nomine, super fluvium Werchena[g] dictum, habentem ecclesiam cum xxx[a] mansis, sub omni integritate earum videlicet rerum que ad se pertinent, cum servis et mancipiis omne servitium debentibus; cum terris cultis et incultis, pratis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus et piscationibus, veluti in prisca auctoritate continetur. In villa etiam Cipliaco nuncupata, ecclesiam cum xxx[a][h] mansis et totam decimam de culturis; in villa etiam que Estroen dicitur, x[m] mansos; necnon in villa Gelliniaco dicta vi mansos predicti fratres habent, a prenominato imperatore Othone augusto eis contraditos; que omnia ad usus monachorum Deo et sanctis in prefata ecclesia famulantium in perpetuam permaneant. Adicimus[i] quoque, ut, sicut ex sententia principum coram nobis judicatum est, nullus villicationem in possessionibus ad eandem ecclesiam pertinentibus hereditario jure teneat vel repetat;

a. viginti B.
b. uribus B.
c. cultillis C.
d. antiquo jure B.
e. sine B.
f. Emplam B et C.
g. Verchena B.
h. vriginta B.
i. Addicimus B.

sed abbas, qui tunc temporis fuerit, idoneum et fidelem villicum de familia ecclesie constituat et deponat. Si quis deinceps de familia monasterii abbati suo rebellis inventus fuerit, ex judicio et districtione parium suorum ad satisfactionem abbatis cogatur. Sane servos cujuscunque civitatis, castri, sive alterius loci incole fuerint, nulla lege impediente, sue ecclesie lege astrictos, abbati sicut domino super [a] omnia servituros, provida judicii ratione asserimus. Statuimus siquidem, in omni possessione prefati monasterii, videlicet in terris, pratis, silvis, aquis, villis, sicut in antiquis privilegiis invenitur, nullum advocatum preter abbatem haberi. Ejusdem itaque monasterii libertatem, a Balduino Hainnoensi comite et ejus matre, Richelde nomine, concessam, et Romanorum pontificum privilegiis roboratam, nos quoque concedimus et confirmamus; statuentes et obnixe precipientes, ut nullus successorum nostrorum, regum vel imperatorum, seu quelibet potestas ducum, marchionum, occasione marchie, vel comitum, aliqua oppressione vel exactione, hanc nostram confirmationem, pro amore Dei et reverentia ejusdem loci renovatam atque roboratam, infringere vel violare attemptet [b]. Si quis vero, quod absit, huic nostre pagine contraire presumpserit, .C. librarum auri puri compositione multetur, quarum medietas fisco nostro perveniat [c]; altera medietate lese ecclesie dampnum restauretur. Ut autem hec omnia perhenniter rata persistant, hanc cartulam sigilli nostri impressione insigniri precepimus et idoneos testes subternotari fecimus : Arnoldus, Colon. archiepiscopus, Henricus Leodiensis, Anselmus Havelberg [d], Nicolaus Cameracens, episcopus, Hermius [e], comes Palatii [f], Ludovicus,

11 avril 1146

a. domino suo per B.
b. attemptent B.
c. proveniat B.
d. Hanelby B.
e. Herimannus B; Henricus C.
f. palatinus B.

11 avril 1146 comes Lonensis [a], Ottho, comes de Rinck [b], Hermius [c] de Kuc comes. Signum domini Conrardi, Romanorum regis secundi. Ego Arnoldus cancellarius, vice Henrici Moguntini archiepiscopi et archicancellarii, recognovi. Actum III° nonas aprilis, anno dominice incarnationis M° C° XL° VI°, indictione IX^a^, regnante Conrardo Romanorum rege secundo, anno vero regni ejus VIII°. Data [d] Aquisgrani, in palatio regis, in Christo feliciter. Amen.

1150.

1150 BAUDOUIN IV, COMTE DE HAINAUT, TERMINE UN DÉBAT ENTRE L'ABBAYE DE CRESPIN ET SON VILLICUS OU MAYEUR.

Collection Moreau, t. LXIV, p. 177, *d'après le cartulaire.*

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, Balduinus, comes Hainnoensium, presentibus et futuris in perpetuum. Libertati et quieti ecclesiarum congaudere debemus et in ampliandis eorum beneficiis pro facultate elaborare, et que patres nostri eis contulerunt pro viribus servare. Inter monachos Crispinienses et eorum villicum Haimerum hujusmodi controversia agebatur. Asserebat enim quedam sui juris esse, que certum est ecclesiam Crispiniensem ab antiquo libere possedisse : in festo quippe sancti Landelini et per circulum anni thelonium predicti loci consuetudine hereditaria colligere volebat; quod nulli predecessorum ejus licuit, sed tantum cui a monachis annuatim injunctum fuit. Item in succisione quercuum, meliori parte a monachis sublata, corticem, ramos cum radicibus dicebat sui juris esse. Item asserebat quod omnis silva, que

a. Lau[sien]sis B; Lovoniensis C.
b. Rinxh C.
c. Herimannus B; Herinius C.
d. Datum C.

usibus monachorum ligna ministraret, ei ad succidendum pari 1150
modo communis esset. Preterea terras venales, que villicationi
sue subjacent, absque consensu monachorum emere volebat;
quod curie mee judicium non sinit, nisi venditor affinitate
5 sanguinis ei conjunctus fuerit. Hec quatuor capitula que preli-
bavimus judicio sunt sopita, et ab eo et a successoribus ejus
testimonio ydoneorum virorum subtus annotatorum legitime
exfestucata. Hujus rei testis est Hauueles de Cauren, Walche-
rus Buleteis, Odo de Molemes, Heinbertus scabinus, et alii quam
10 plures. Actum anno M° C° L° incarnationis dominice. Hoc
factum fuit tempore domini Algoti, hujus ecclesie abbatis.

1157.

BAUDOUIN IV, COMTE DE HAINAUT, TERMINE UNE CONTESTATION 1157
ENTRE L'ABBAYE DE CRESPIN ET THIERRY, SON VILLICUS D'HAR-
15 MIGNIES.

Collection Moreau, t. LXVIII, p. 189, *d'après le cartulaire.*

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, amen. Balduinus,
Dei gratia Haynoensium comes, tam futuris quam presentibus,
in perpetuum. Attestante scriptura que ait : *memorare novis-*
20 *sima tua*, de novissimis cogitantes, ecclesiarum utilitatibus in-
vigilare debemus. Proinde, audita quadam gravissima inter
abbatem Crispiniensem et Theodericum, villicum suum de
Harminiaco, controversia super triginta quinque jugera terre,
que Theodericus de ecclesia in hominium se possidere dicebat,
25 quod abbas ei juste, sicut postea veritas promulgavit, denega-
bat, et censum de duobus molendinis post obitum patris sui
in requisitione duplicem dare nolebat, additis etiam aliis exces-
sibus, tandem in hoc utraque pars, abbas cum monachis,
Theodericus cum fratribus suis, communiter et concorditer
30 concesserunt ut viri sapientes et veritatis amatores eligerentur;
quorum judicio, compositione et provisione controversia exorta

1157 sopiretur, et omni postposita tergiversatione inter utrosque pacis gratia in integrum reformaretur. Denique honesti viri, Egericus de Sancto Gisleno, Arnoldus de Sancto Dionisio abbates, Gocewinus de Montibus, Theodericus de Linea, Hauvellus de Keurain, utrinque electi, assensu comitis predicti Baldevini, de duobus molendinis in requisitione duplicem censum cum censu anni, quia tale erat judicium curie, a Theoderico ecclesie Crispiniensi solvere judicaverunt. Providerunt etiam id et composuerunt, quod eciam utraque pars laudavit et omnimodis ratum esse voluit, ut Theodericus memorata triginta quinque jugera cum quartali terre que de villicatione ab antiquo erat a terragio libera, ad villicationem retineret, et ea, quamdiu villicus esset, jure possideret. Recipit abbas de xv ortis capones; Theodericus, totam avenam cum panibus; unde duos sumptus honestos, de quinque ferculis ad minus singulos, quorum duo erunt piscium, tercium artocrearum [a], reliqua duo carnium, bis in anno, tempore quod voluerit; cum septem vel octo vel novem equis, cum lectisternio in nocte et candelis, et cetera ad hospitandum convenientia abbati preparatur [b] et largitur. Item Theodericus duos ortos, jornale quoque prati et dimidium, sub censu jure hereditario possidet. Actum est hoc in curia nostra, me presente, sub testimonio hominum meorum, quorum nomina subtitulata sunt. Signum Nicolaii de Rumigni. S. Hugonis de Engien. S Sigeri filii ejus. S. Eustachii de Rues. S. Nicolai de Quaregnon. S. Balduini castellani. S Guillelmi de Gamapia. S. Harduini villici. S. Marcelli de Nimi. S. Ubaldi fratris ejus. Actum anno incarnati Verbi M° C° LVII°, epacta VII^a, concurrente primo, indictione V^a; regnante Frederico imperatore, Nicholao Cameraci presidente. Hoc factum fuit tempore domni Algoti, hujus ecclesie abbatis.

a. tourtes à la viande. Voy. Du Cange, v°. Artocreas.

b. preparat?

XIII

L'ABBAYE DE BOURBOURG.

Le monastère de Bourbourg, arrondissement de Dunkerque, fut fondé vers l'an 1103, par Clémence, comtesse de Flandre et par le comte Robert de Jérusalem. L'acte de fondation ne se retrouve pas. L'abbaye compte, parmi ses bienfaiteurs, tous les souverains de la Flandre au XIIe siècle. Nous publions ici quelques-uns de leurs actes (1).

14 octobre 1104.

ROBERT II, COMTE DE FLANDRE, DONNE AU MONASTÈRE DE BOURBOURG UNE DÎME A RUBROUCK ET UNE AUTRE A DIXMUDE. (De decimatione de Rubruc et de Discamuda.) 14 octobre 1104

5 *Cartulaire de l'abbaye de Bourbourg (XIIIe siècle)*, fol. 1 recto, *à la Bibliothèque nationale, à Paris, ms. lat.*, n° 9920.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Notum sit fidelibus tam modernis quam posteris, quod Hodierna, Ysaac de Baliol filia, decimationem quandam in villa Rubroch (2) sitam, quam,

---

10 (1) De Coussemaker a analysé une partie de ces actes dans sa *Notice sur les archives de l'abbaye de Bourbourg* (ANNALES DU COMITÉ FLAMAND DE FRANCE, 1859, t. IV). Voir aussi LE GLAY, *Mémoire sur les archives du chapitre des chanoinesses de Bourbourg*, dans les MÉMOIRES DE LA SOCIÉTÉ DUNKERQUOISE POUR L'ENCOURAGEMENT DES 15 SCIENCES ET DES ARTS, 1855. — Ces deux notices ont été tirées à part.

(2) Rubrouck, arrondissement d'Hazebrouck, canton de Cassel (Nord).

14 octobre 1104 patre suo defuncto, pro omni patrimonio quod ad eam pertinere debuit, a suis coheredibus in portionem acceperat, Flandrensium comiti Roberto juniori Bergis ultro resignavit. Hanc vero decimationem predictus comes, rogatu et consensu ipsius Hodierne suorumque propinquorum ac coheredum, ecclesie sancte Marie in Broburch perpetuo jure donavit. Hoc itaque pacto, ipsa Hodierna prefata ecclesiam, Deo militatura sub habitu religionis, subsequenter intravit. Ego etiam Robertus predictus comes decimationem nove terre in Dicasmuda (1), tam presentis quam future, infra et extra Iseram (2), pro remedio anime mee et predecessorum meorum, eidem ecclesie donavi. Et ut utrumque donum perpetuo ratum permaneret, sigilli mei impressione confirmavi. Hujus rei testes hii aderant presentes : Bertulfus, prepositus Brugensis, Reinarus Papekin, Fromoldus inbreviator, Theodericus de Aria, Bertrarius et Bertinus capellani, Froulfus castellanus de Bergis, Theorardus castellanus Broburgensis, Remgerus dapifer, Theboldus de
fol. 1 v° Aria, Odolf camerarius, Folcrannus de Prato, || Bernoldus de Insula. Actum Bergis, anno Domini M° C° IIII°, indictione XII, II idus octobris

(1) Dixmude, canton de ce nom, arrondissement de Furnes.
(2) L'Yser.

1106.

BAUDRI, ÉVÊQUE DE NOYON ET DE TOURNAI, DONNE A L'ABBAYE DE BOURBOURG UN ALLEU DANS L'ÉVÊCHÉ DE TÉROUANNE, AUX ENVIRONS DE COHEM, BLARENGHEM ET BLENDECQUES. (De Cohem.) 1106

5 *Cartulaire de l'abbaye de Bourbourg*, fol. 33 verso, *à la Bibliothèque nationale, à Paris, ms. lat.*, n° 9920.

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Ego Baldricus, Dei gratia Noviomensium atque Tornacensium episcopus, audita religiosa conversatione sanctimonialium apud Broburg, 10 in monasterio sancte Dei genitricis Marie omnipotenti Deo famulantium; immo suggerente et precante nobilissima Roberti Flan ‖ drensium comitis conjuge Clementia; Lam- fol. 34 r°
berto quoque Sancti Bertini abbate, ejusque sorore domina Godethilde predicti loci abbatissa devote obsecrantibus, con- 15 cessi eis earumque monasterio, pro remissione peccatorum meorum, allodium meum in Taruannensi episcopatu, infra et circa subscripta loca Colhem (1), Blaringehem (2), Blendeca (3) situm, quod in hereditario jure contingebat in presenti et in perpetuo tenendum et possidendum, terram videlicet cultam 20 et incultam, hospites et prata, silvam, omnemque servorum et ancillarum familiam eidem allodio pertinentem; molendinum unum super fluvium Helene situm; partem quoque alterius molendini prope illud super eandem aquam; quosdam

(1) Cohem, lieu près Aire, arrondissement de Saint-Omer.
25 (2) Blaringhem, arrondissement et canton d'Hazebrouck (Nord).
(3) Blendecques, arrondissement et canton de Saint-Omer.

1106 etiam milites casatos cum beneficiis suis libere servituros; ea scilicet conditione quod prefate sanctimoniales anniversariam transitus mei faciant commemorationem. Ne ergo de allodii hujus traditione seu de omnibus eidem allodio pertinentibus aliquis heredum vel parentum meorum predicte abbatie dampnum inferre presumat, pontificali auctoritate et etiam sub anathematis interdictione confirmavi atque sigilli mei signo consignavi. Actum apud Insulam anno dominice incarnationis M° C° VI°, indictione XIII°, regnante rege Philippo, episcopante domino B[aldrico], R[otberto] juniore Flandrensibus dominante; in presentia venerabilis comitisse C[lementie]; hiis etiam presentibus : Lamberto archidiacono, Roberto preposito, Amolrico decano, Raimberto cantore, Tettboldo, Lamberto, Letberto, Maingotho, Guinemaro, Odone, Guidone cancellario, Rogero castallano, Hugone filio fratris, Thetbaldo de Aria, Waltero de Hamm, Bernardo fratre ejus, Gerardo, Gualtero, Remgero, B. Colhem.

5 avril 1106.

5 avril 1106 LE PAPE PASCHAL II CONFIRME A L'ABBAYE DE BOURBOURG SES POSSESSIONS (1).

Cartulaire de l'abbaye de Bourbourg (*XVI° siècle*), fol. 192 recto, *à la Bibliothèque nationale, à Paris, ms. lat.*, n° 9126, copie.

Paschalis, episcopus, servus servorum Dei, dilecte in Christo filie Godildi abbatisse venerabilis monasterii sancte Marie quod est in castro Broburc, ejusque successoribus regulariter substituendis imperpetuum. Religiosis desideriis dignum est

(1) LE GLAY (*Mémoire*, etc., p. 8), a publié une autre bulle de Paschal II, du 5 avril 1113.

facilem prebere consensum ut fidelis devocio ecclesié sortiatur 1106
effectum. Proinde petente filia nostra Clementia, spectabili
Flandrensium comitissa, preces vestras non difficulter admisi-
mus et beate Marie monasterium, sicut a fratre nostro Johanne
5 Teruanensi episcopo confirmatum est, ab omni episcopalis exac-
tionis debito liberum permanere || sancimus. Statuimus igitur fol. 192 v°
ut possessiones quas ab eadem comitissa, consentiente viro suo
comite Roberto, vestro monasterio contradite sunt, firme sem-
per et integre conserventur; quas propriis nominibus subnota-
10 mus: berquariam unam ovium in castellanatura de Brobuc,
terramque ad Bouchem vaccariam, cum terra sibi pertinente,
brocos Clarembaldi; quecumque preterea id monasterium
juste hodie possidet, sive in futurum concessione pontificum,
liberalite principum vel oblatione fidelium juste atque cano-
15 nice poterit adipisci, firma tibi ejusque successoribus et illibata
permaneat. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat
idem monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones
aufferre vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexatio-
nibus fatigare, sed omnia integra conserventur earum, pro
20 quarum sustentatione et gubernatione concessa sunt, [usibus]
sibi omnimodis profutura. Si qua sane ecclesiastica secularisve
persona hanc nostre constitutionis paginam, sciens, contra
eam temere temptaverit, secundo tertiove commonita si non
satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui
25 dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpe-
trata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac san-
guine Dei et domini redemptoris nostri Jhesu Christi [aliena
fiat, atque in extremo examine districte ultioni subjaceat;
cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax domini
30 nostri Jhesu Christi], quatinus et hic fructum bone actionis
percipiat et apud districtum judicem premia eterne pacis
inveniat. Amen. Scriptum per manum Raineri scrinarii regio-
narii et notarii sacri palatii. *Subsignatur inferius sic.* Ego
Pascalis catholice ecclesie episcopus. Datum Laterani, per

1106 manum Johannis sancte R[omane] ecclesie diaconi cardinalis, nonis aprilis, indictione XIII, incarnationis dominice anno M° C° VI°, pontificatus autem domini Pascalis secundi pape sexto. *Subsignatur figuris inferioribus (rota).* B. V.

21 mars 1107.

21 mars 1107 ROBERT II, COMTE DE FLANDRE, ET SA FEMME CLÉMENCE DONNENT A L'ABBAYE DE BOURBOURG UNE BERGERIE A LOON ET UN LAST DE HARENGS A PRENDRE SUR LE TONLIEU DE GRAVELINES. (De berquaria Lon et de uno last allecium.)

Cartulaire de l'abbaye de Bourbourg (XIII° siècle), fol. 1 verso, *à la Bibliothèque nationale, à Paris, ms. lat.*, n° 9920.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Robertus, comes Flandrie, omnibus sancte ecclesie filiis. Certum sit fidelium posteritati quod ego et uxor mea Clementia berquariam (1), in villa Lon (2) sitam quam Wlbertus et Odolfus tenent, et unum last allecis per singulos annos de teloneo Grevenigge (3), sancte Marie in Broburch, in usum sanctimonialium ibidem Deo servientium perpetuo donavimus. Quod ne quis audeat vel infringere vel minuere, sigillo meo confirmavi. Actum Broburg, anno Domini M° C° VII°, XII kal. aprilis, sub testimonio Bernardi capellani, Bertini capellani, Theoderici notarii, Revrari de Wingin, Tedboldi de Aria, Remgeri dapiferi, Baldewini camerarii, Levrardi castellani de Broburg, Froolfi castellani de Bergis, Odgeri notarii, Gotunri scultete, Nalgeri fratris ejus, Odulfi camerarii, Rodulfi filii ejus, Bernoldi de Insula, Malgeri et Johannis fratris ejus.

---

(1) Gilliodts-Van Severen définit la *berquaria* un clos de prairies destiné au pacage des moutons. *Coutumes de la ville et châtellenie de Furnes*, introduction, p. 102.

(2) Loon, arrondissement de Dunkerque, canton de Gravelines (Nord).

(3) Gravelines, canton de ce nom, arrondissement de Dunkerque.

13 juillet 1110.

ROBERT II, COMTE DE FLANDRE, CLÉMENCE SA FEMME ET BAUDOUIN LEUR FILS DONNENT A L'ABBAYE DE BOURBOURG LE MARAIS (DE MILLAM) ENTRE WATTEN ET BOURBOURG. (De palude Milham et decimatione et decima Bruc.) 13 juillet 1110

Cartulaire de l'abbaye de Bourbourg (XIIIe siècle), fol. 3 verso, *à la Bibliothèque nationale, à Paris, ms. lat.*, n° 9920.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Robertus, comes Flandrie, omnibus sancte ecclesie filiis. Notum facio omni generationi que futura est, quod ego, cum uxore mea Clementia et filio meo Baldwino, dedi novam terram que usque ad hanc diem de palude facta est, que jacet inter Watinensem ecclesiam et Broborg (1), cum omni decimatione ad eandem terram pertinente, et omnem decimationem que exibit de terra, si qua adhuc de eadem palude fiet, ecclesie sancte Marie de Broburg, ad usus sanctimonialium ibidem Deo servientium, et sigilli mei impressione confirmavi, ne quis sancte ecclesie inimicus in posterum audeat tale donum temere infringere, aut minuere, aut violare. Factum est Bruggis, anno Domini M° C° X°, idus julii, sub testimonio domni Bertulfi Brugensis prepositi, et Brugentium canonicorum, Helye decani, Heranceradi, Gunimari, Radulfi, Gocelonis, capellanorum comitis; Bernardi, Ogeri, Reineri, Ledberti de Broburg, Lamberti Nappin, Remgoti de Molambeca, Walteri castellani de Cortrai,

(1) Le marais de Millam, arrondissement de Dunkerque, canton de Bourbourg (Nord).

13 juillet 1110 fol. 4 r° Adam de Formasella, Riquardi de Woldma, Fromoldi de Wingin, Radulfi de Cloclera, Amalrici ‖ stabularii, Hugonis camerarii, Bernoldi de Broburg et Symonis filii Malgeri de Lon, Lamberti ex Drincham, Dodonis, Balduini ex Gravaing.

1110.

1110 ROBERT II, COMTE DE FLANDRE, ET SA FEMME CLÉMENCE DÉCLARENT QU'ILS ONT ÉRIGÉ LE MONASTÈRE DE FAUMONT ET LUI ONT DONNÉ DIVERSES POSSESSIONS. (De domo Faumont et de decima nove terre in Pevila. De decima lini et ortorum in Orchies. De terra Petresholt et de terra Ruolt.)

Cartulaire de l'abbaye de Bourbourg (*XIII*e *siècle*), fol. 2 verso, *à la Bibliothèque nationale, à Paris, ms. lat.*, n° 9920.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Notum esse volumus tam presentibus quam futuris quod ego Robertus, comes Flandrie, et Clementia comitissa, uxor mea, domum sanctimonialium de Faumonte (1), pro remissione peccatorum nostrorum et salute animarum nostrarum, construximus, et sanctimonialibus inibi Deo servientibus duos mansos terre et decimam in Pevila de nova terra (2) tam culta quam colenda, et decimationem lini ad jus nostrum pertinentem, necnon
fol 3 r° novam terram in ‖ Ruhol (3), et omnem decimam ortorum in

(1) Faumont, arrondissement de Douai, canton d'Orchies. Ce monastère fut, bientôt après, réuni à l'abbaye de Bourbourg, dont il devint un prieuré.

(2) Ce nom doit désigner un lieu aux environs d'Orchies.

(3) Ruhout à Frelinghien (?), arrondissement de Lille, canton d'Armentières.

Orchies (1), terram etiam de Petreholt (2) cum decimatione sua dedimus. Sed ne quis temerarius infringere hoc presumat, appositum sigilli nostri testimonium attendat. Actum est autem hoc anno Domini M° C° X°, coram hiis testibus, Bernardo capellano, Theoderico nothario, Thebaldo de Aria, Remgero dapifero, Willelmo castellano, Willelmo dapifero, Bernoldo de Insula, Gerardo castellano de Cassel, et aliis pluribus. 1110

27 mai 1112.

ROBERT II, COMTE DE FLANDRE, ET SA FEMME CLÉMENCE DONNENT A L'ABBAYE DE BOURBOURG LA TERRE NOUVELLE APPELÉE SANDESHOVED. (De nova terra Sandeshoved.) 27 mai 1112

Cartulaire de l'abbaye de Bourbourg (*XIII*e *siècle*), fol. 3 recto, *à la Bibliothèque nationale, à Paris, ms. lat.*, n° 9920.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Robertus, comes Flandrie, omnibus sancte ecclesie filiis. Notum sit generationi omni que ventura est, quod ego et uxor mea Clementia novam terram nomine Sandeshoved (3) que per jactum maris jam crevit et quicquid in posterum accrescet super fluvium Isare sitam, sancte Marie in Broburg in usum sanctimonialium ibidem Deo famulantium integre donavimus. Quod ne quis sancte Marie inimicus in posterum audeat infringere aut

(1) Orchies, canton de ce nom, arrondissement de Douai.

(2) Dépendance de Frelinghien.

(3) Nom primitif de Nieuport Par acte du 15 des calendes d'avril 1121 (18 mars 1122), Charles, comte de Flandre, confirma ce don à l'abbaye. (LE GLAY, *Mémoire*, etc., p. 10.)

27 mai 1112 minuere, sigilli mei impressione confirmavi. Actum Bergis, anno Domini M° C° XII°, VI° kal. junii, sub testimonio Bernardi capellani, Fronmoldi notarii, Theoderici notarii, Reineri de Wingin, Baldewini camerarii, Remgeri dapiferi, ‖ Thedbaldi de Aria, Ade de Formasela, Hugonis camerarii, Rodolfi de Batpalmis, Roberti Grati, Fromoldi de Wingin, Remgoti de Molenbeke, Rodolfi de Coclare, Froolfi castellani de Bergis.

fol. 3 v°

19 octobre 1112.

19 octobre 1112 BAUDOUIN VII, COMTE DE FLANDRE, DONNE A L'ABBAYE DE BOURBOURG UNE TERRE A LOON. (De berquaria Lon)

Cartulaire de l'abbaye de Bourbourg (*XIIIe siècle*), fol. 5 recto, *à la Bibliothèque nationale, à Paris, ms. lat.*, n° 9920.

In nomine sancte et individue Trinitatis, ego Baldevinnus, comes Flandrensis. Noscat fidelium cum modernis posteritas, quod terram quandam in Lon villa sitam, et ad tempus a Fouberto Walteri medici filio in feodo a Clementia Flandrensium comitissa concesso possessam, sed ab ipso dehinc sub testimonio Tedbaldi de Aria, Roberti Greci, Bernoldi de Insula, predicte comitisse Clementie ultro resignatam, comes Baldewinus, matre sua prefata videlicet comitissa Clementia ‖ ita postulante, cum omni utilitate ex eadem terra proventura, ecclesie sancte Marie in Broburg libere habendam perpetuo donavit. Cujus traditionis testes isti adhibiti sunt presentes : Karolus, sancti Cnutonis Danorum regis filius (1), Reingerus

fol. 5 v°

(1) Charles, qui devint comte de Flandre après Baudouin, figure également comme témoin dans une autre charte du même jour. DE COUSSEMAKER, *Notice*, etc., p. 35.

dapifer, Walterus filius ejus, Tedbaldus de Aria, Lambertus de Runggellis, Bernoldus de Insula, Robertus Grecus, Rodolfus de Esene, Walterus Clrothe, Remboldus filius Lamberti Albi Quod ut ratum firmumque in perpetuum maneat, ego Baldewinus, Flandrensium comes, sigilli mei impressione corroborari jussi. Acta dominice incarnationis anno M° C° XII°, eodem Baldewino Flandriam procurante. Data Arie, XIIII kal. novembris. 19 octobre 1112

1112.

10 BAUDOUIN VII, COMTE DE FLANDRE, DONNE A L'ABBAYE DE BOURBOURG LA TERRE ET LA DÎME DE MILLAM, ET CONFIRME LES DONS FAITS AU MONASTÈRE PAR LE COMTE ROBERT II ET LA COMTESSE CLÉMENCE, SES PÈRE ET MÈRE. (De terra et decimatione Milham et decima Bruc. De confirmatione donorum patris et matris suae.) 1112

15 *Cartulaire de l'abbaye de Bourbourg (XIIIe siècle)*, fol. 7 verso, *à la Bibliothèque nationale, à Paris, ms. lat.*, n° 9920.

In nomine sancte et individue Trinitatis, ego Balduinus, comes Flandrie, omnibus sancte ecclesie filiis. Notum facio omni generationi que futura est, quod ego dedi novam terram que usque ad hanc diem de palude facta est, que jacet inter Watinensem ecclesiam et Broburg, cum omni decimatione ad eandem terram pertinente, et omnem decimationem que exhibit de terra, si qua adhuc de eadem pulude fiet, ecclesie sancte Marie de Broburg, ad usus sanctimonialium ibidem Deo servientium. Preterea quecumque beneficia pater meus comes Rodbertus, una cum matre mea Clementia, prefate ecclesie contulit ego quoque dedi, ipsumque donum tam rata testium astipulatione quam etiam sigilli mei impressione confirmavi,

1112 ne quis sancte ecclesie inimicus in posterum audeat tale donum temere infringere, aut minuere aut violare. Actum Broburg, in prefata ecclesia, puplice, anno Domini M° C° XII°. Astabant autem testes hii : Lambertus abbas Sancti Bertini et capellanus comitis, Bernardus, Odgerus, Ledbertus de Broburg, Balduinus camerarius, Amalricus stabularius, Remgerus dapifer, Theoboldus Ariensis, Theinardus castellanus, Frooldus castellanus, Willelmus castellanus, Symon, preco, Lambertus ex Drincham, Bernoldus ex Insula, Malgerus nepos ejus, Johannes frater ejus, Jordan, Folco filius Malgeri, Alardus filius Helonis, Rembaldus Gast, Rodbertus Valcanero, Volquinus ex Bergan, Johan ex Bergan, Wouterus ex Locra, Volcardus ex Peccra, Heric Valcavera, Eilboldo filius Eilbodi, Gotmarus avunculus ejus.

1115.

1115 Nouvel acte de Baudouin, comte de Flandre, concernant la terre de Millam. (De palude Milham.)

Cartulaire de l'abbaye de Bourbourg (XIIIe siècle), fol. 7 recto, *à la Bibliothèque nationale, à Paris, ms. lat.*, n° 9920.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Quoniam, dum labuntur anni et tempora, mortalium hebet memoria, opere pretium est ut rem cujus non convenit oblivisci scripto commendemus, commendatam nostris successoribus observemus Quare ego Baldevinus, Dei gratia Flandrensium comes, notum esse volo tam presentibus quam futuris omnibusque in Christo fidelibus me, divino dispensatore virtutum dante incrementa, paludem de Milham dedisse ecclesie sancte Marie de Broburg, ad opus sanctimonialium ibidem Deo et sancte

Marie servientium. Quod quia ratum et perpetualiter firmum 1115
esse volui, sigilli mei impressione signavi, ne posthac aliquis invidia tabescens, sive detractor, hanc paludem sibi presumat usurpare et usurpando tale donum infringere vel violare. Actum est hoc anno incarnationis Domini M° C° XV°, hiis testibus : Reinero de Wingines, Gerardo pedagogo comitis, Froholfo castellano, Tidbaldo de Arie, Remgero Fremethe, Gidone de Steinforth, Guillelmo castellano Audomarensi, Onolfo de Locre.

1116.

LAMBERT, ÉVÊQUE DE NOYON ET DE TOURNAI, DONNE A L'ABBAYE DE 1116
BOURBOURG L'AUTEL DE VARSSENAERE. (De donatione altaris de Versenare.)

Cartulaire de l'abbaye de Bourbourg (*XIIIe siècle*), fol. 34 verso, *à la Bibliothèque nationale, à Paris, ms. lat.*, n° 9920.

In nomine sancte et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus sancti. Apostolus Spiritu sancto plenus ammonet nos et hortatur dicens : operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei. Quapropter ego Lambertus, Dei gratia Tornacensium ac Noviomensium presul, notifico tam futuris quam presentibus me, ad petitionem domine Gothildis, abbatisse Brogburgensis ecclesie in honore sancte Marie edificate, et ad suggestionem Clementie, venerabilis Flandrensium comitisse, bona intentione condescendisse hoc altare de Versennare(1), in episcopio Tornacensi constitutum, predicte eccle-

(1) Varssenaere, arrondissement et canton de Bruges.

1146 sie, Roberto archidiacono nostro assentiente ceterisque clericis nostris id ipsum petentibus, tradidisse. Quatinus per hoc beneficium tam meorum quam successorum fiat peccatorum memoria, illis pro me intercedentibus quibus in prefata ecclesia jugiter Deo famulantibus hanc donationem sigilli mei impressione confirmo; tali videlicet conditione ut presbiter ejusdem loci a me seu ab archidiacono nostro curam accipiat, et synodalia jura ceterosque redditus sancte Marie Tornacensis ecclesie michi et meis ministris sicut antea solvat. Et ne ali-
fol. 35 r° cujus || temeraria presumptione hoc donum a predicta ecclesia privetur, sub anathematis interdictione prohibemus, ac auctoritate Dei et omnium sanctorum et nostra confirmamus. Actum Tornaci, anno dominice incarnationis M° C° XVI°, indictione VIII°. Signum Roberti archidiaconi. S. Godteri decani. S. Gonteri prepositi. S. Balduini cantoris. S. Heinrici decani. S. Johannis presbyteri. S. Elberti. S. Roberti. S. Letberti diaconi. S. Henrici. S. Gualteri, filii Letberti. S. Gerrici. S. Tetberti. Ego Hugo cancellarius et scripsi et relegi.

22 juin 1121.

22 juin 1121 CHARLES, COMTE DE FLANDRE, A LA DEMANDE DE LA COMTESSE CLÉMENCE, DONNE A L'ABBAYE DE BOURBOURG DES BIENS EN DIVERS LIEUX. (De decima in Pevila. De terra Hali et de Meiz. De Periastre.)

Cartulaire de l'abbaye de Bourbourg (*XIII° siècle*), fol. 10 recto, *à la Bibliothèque nationale, à Paris, ms. lat.*, n° 9920.

In nomine sancte et individue Trinitatis, ego Karolus, comes Flandrensis. Notum sit omni fidelium posteritati quod ego

Karolus, comes Flandrie, rogatu domine Clementie comitisse, 22 juin 1121
pro anime mee meorumque predecessorum remedio, dedi ecclesie sancte Marie in Broburg, ad usum sanctimonialium ibidem Deo servientium, decimationem nove terre tam culte quam
5 colende in Pevicla (1) site; terram etiam de Hali (2); terram de Meis (3); terram quoque de Periastre (4) juxta Bapalmum sitam, quam ipsa emptione acquisivit, sub horum testimonio, Themardi Broburgensis castellani, Walteri dapiferi, Theobaldi de Aria, Bernoldi de Insula, Godefridi de Balmeis,
10 Lamberti, abbatis Sancti Bertini; Walteri de Wervi, Alemmi de Atrebato, Widonis de Stemford. Quod ut ratum indivulsumque permaneret, sigilli nostri impressione corroborari fecimus. Actum est anno Domini M° C° XX° I°, Athrebati, x kal. julii, feliciter in Domino.

---

15 (1) Voir ci-devant, p. 228.

(2) Lieu inconnu.

(3) Meis, à Auchy, arrondissement de Douai, canton d'Orchies.

(4) Proiastre, près Bapaume, canton de ce nom, arrondissement d'Arras (Pas-de-Calais).

22 juin 1121.

22 juin 1121 AUTRE CHARTE DE CHARLES, COMTE DE FLANDRE, EN FAVEUR DE L'ABBAYE DE BOURBOURG, ET CONCERNANT LES MÊMES BIENS. (De terra Hali et Casletuli et de Meiz. De decima Ymberti. De decima Amolrici. De Periastra.) 5

Cartulaire de l'abbaye de Bourbourg (XIIIe siècle), fol. 10 verso, *à la Bibliothèque nationale, à Paris, ms. lat.*, n° 9920.

In nomine sancte et individue Trinitatis, ego Karolus, comes Flandrensis. Notum sit omni fidelium posteritati quod ego 10 Karolus, comes Flandrie, rogatu domine Clementie comitisse, pro anime mee meorumque predecessorum remedio, dedi ecclesie sancte Marie in Broburg, ad usum sanctimonialium ibidem Deo servientium, terram de Hali, terram etiam quam Haimericus clericus tenebat in terra Casletuli (1), terram 15 quoque de Meys, decimam etiam XII boneriorum terre quam Imbertus tenebat in feodo de Helisende castellana circa fines de Cans, assensu ipsius Helisendis et filii sui Godefridi; decimam itidem sex boneriorum terre quam Amolricus tenebat de Godefrido castellano ipso concedente; terram quoque de 20 Periastra juxta Bapalmis sitam, quam ipsa C[lementia] comitissa emptione acquisivit; sub horum testimonio, Lamberti abbatis Sancti Bertini, Themardi Broburgensis castellani, Walteri dapiferi, Godefridi de Bealmeys, Walteri de Wervi, Widonis de Steinfort, Theobaldi de Aria, Bernoldi de Insula, 25

(1) Petit-Cassel?

Alelmi de Atrebato. Quod ut ratum || indivulsumque permaneret, sigilli nostri impressione corroborari fecimus. Actum est Atrebati, anno Domini M° C° XX° I°, x° kal. julii, feliciter in Domino. 22 juin 1121. fol. 11 r°

5 29 novembre 1121.

CHARLES, COMTE DE FLANDRE, DONNE A L'ABBAYE DE BOURBOURG DES BIENS A KILLEM ET A WINNEZEELE. (De terra in Chilhem. De terra in Winingesele.) 29 novemb. 1121

Cartulaire de l'abbaye de Bourbourg (*XIII° siècle*), fol. 11
10 recto, *à la Bibliothèque nationale, à Paris, ms. lat.*, n° 9920.

In nomine sancte et individue Trinitatis, ego Karolus, Dei gratia Flandrensium comes, notum volo fieri tam presentibus quam futuris, quod quadraginta mensuras terre in ministerio
15 Bergensi infra Chilhem (1), quas avunculus meus comes Robertus dederat ecclesie beate Marie de Broburg in usum sanctimonialium ibidem Deo servientium, petente domina abbatissa Godehilde, eidem ecclesie concessi. Dedi etiam terram quamdam in Winningesele (2), xxx mensurarum, olim in anserum pascua
20 deputatam, eidem monasterio, pro remedio anime mee et antecessorum meorum. Et ne quis in posterum donationi huic contraire presumat, sigilli mei impressione muniri precepi. Hujus

---

(1) Killem, arrondissement de Dunkerque, canton d'Hondschoote (Nord).

25 (2) Winnezeele, arrondissement d'Hazebrouck, canton de Steenvoorde (Nord).

29 novemb. 1121 rei sunt testes : Lambertus, abbas Sancti Bertini; Ogerus, prepositus Truncinensis; Willelmus, nepos meus; Robertus de Betunia; Willelmus, castellanus Sancti Audomari; Hugo, nepos ejus; Gillebertus, frater ejus; Gozuvinus de Nova Ecclesia; Rogerus de Caion; Balduinus Botel. Actum est anno Domini M° C° XX° I° apud Sanctum Audomarum, in castello meo, III kal. decembris.

7 juillet 1123.

7 juillet 1123 HUGUES DE SAINT POL, EN PRÉSENCE DE CHARLES, COMTE DE FLANDRE, DONNE A L'ABBAYE DE BOURBOURG UNE TERRE A PALENDYK, PRÈS BOURBOURG. (De Palinedic.)

Cartulaire de l'abbaye de Bourbourg (*XIII° siècle*), fol. 11 verso, *à la Bibliothèque nationale, à Paris, ms. lat.*, n° 9920.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Nullum pretereat fidelium ad quem presens spectat negocium, quod Hugo de Sancto Paulo cognomen habens *Campdareine* terram quandam Broburgensi oppido adjacentem, Paledhingedic dictam, cum viis et inviis, aquis aquarumque decursibus, cum omni piscium captura et universis utilitatibus exinde proventuris, ecclesie sancte Marie in Broburg perpetuo hereditatis jure, pro sue suorumque animarum remedio, presente et consentiente Karolo Flandrensium comite, libere donavit. Hujus traditionis testes isti aderant presentes : Eustachius, comes Bolonie; Robertus, advocatus de Betune; Odgerus, prepositus ecclesie Sancti Audomari; Razo de Gaveren; Willelmus, castellanus de Sancto Audomaro; Hugo, nepos ejus; Gislebertus, frater ejus; Froulfus, castellanus Bergensis; Lambertus de Drincam; Bal-

dewinus, capellanus comitis; Symon, vicecomes Broburgensis; Bernoldus, minister; Walterus de Locra. Quod ut ratum permaneat, comes Karolus sigilli sui impressione fecit confirmari Actum Sitdiu, anno Domini M° C° XX° III°, indictione prima, nonas julii. 7 juillet 1123

1138.

MILON, ÉVÊQUE DE TOURNAI, DÉCLARE QUE LE CHATELAIN DE DIXMUDE A RESTITUÉ A L'ABBAYE DE BOURBOURG LA MOITIÉ D'UN MOULIN, A DIXMUDE, QU'IL AVAIT USURPÉE. 1138

Cartulaire de l'abbaye de Bourbourg (*XVI° siècle*), fol. 54 recto, *à la Bibliothèque nationale, à Paris, ms. lat.*, n° 9126, *copie des notaires de Rosa et J. Vassoris.*

In nomine sancte et individue Trinitatis, ego Millo, Dei gratia Tornacensis ecclesie episcopus, licet indignus, notum esse volo omnibus catholicis tam presentibus quam futuris, ecclesiam sancte Marie de Bourbourg a castellano de Dikesmuthe, pro dimidia parte molendini ibidem siti, quamplures passam esse infestationes et pro infestationibus labores; sed ille summus ecclesiarum advocatus, cujus nutu quelibet sedantur perturbationes, pacificantur infestationes, prememoratum castellanum a falsitate desistere et veritatem tamdem compulit confiteri et tenere. Ipse enim, in nostri aliorumque multorum religiosorum presentia, illam dimidiam partem molendini quam sibi ad tempus injuste usurpaverat, ad opus sanctimonialium || in predicta ecclesia Deo servientium, iterato concessit; et ut illos quicumque hoc donum infringere vel violare presumerent, excommunicarem exoravit. Cujus precibus satisfacere volens, coram omnibus excommunicationem fol. 34 v°.

1138 feci; et quicumque prememoratum donum ab ecclesia Brubburgensi quoquo modo eliminare laborarent a luminibus sancte ecclesie sequestravi. Hujus vero rei gratia eum in ordines meas recepi, et fratrem tam carnalem quam spiritualem abbatis Clarevalensis cum ceteris fratribus suis ibi astantibus in suas recipere feci. Actum est hoc Ypre, anno Domini millesimo centesimo trigesimo octavo, hiis testibus : Arnoldo, advocato Teruanensi; Hilfrido, preposito Yprensi; Isaac, preposito Formeselensi; Philippo et Milone, archidiaconis; Baldevino, decano Yprensi; Wiroico, fratre Clarevallensi; Folkone, abbate Dunense; Aluhoho Nigro Bruburgensi; Hermanno Nigro et episcopi clerico.

Vers 1150.

Vers 1150 THIERRY, COMTE DE FLANDRE, DÉCLARE QU'IL A AFFRANCHI EMMA, FEMME DU MÉDECIN MALGER, ET L'A DONNÉE A BÉATRICE, CHATELAINE DE BOURBOURG, LAQUELLE A SON TOUR L'A DONNÉE A L'ABBAYE DE BOURBOURG. (De manumissione Emme, uxoris Malgeri medici.)

Cartulaire de l'abbaye de Bourbourg (*XIII*e *siècle*), fol. 14 recto, *à la Bibliothèque nationale, à Paris, ms. lat.*, n° 9920.

Ego Th[eodericus], Dei gratia Flandrensis comes, notum esse volo tam presentibus quam futuris, quod Emmam, uxorem Malgeri medici, et universam ejus posteritatem capitali debito nobis obligatam, rogatu Beatricis, castellane Broburgensis, manumitto et a capitali debito et omni hujusmodi subjectione emancipatam in perpetuum liberam dimitto, et quicquid in ea vel ejus posteritate hucusque habui juris predicte castellane dono. Castellana vero Emmam prefatam et omne jus a nobis
fol. 14 r° sibi donatum sancte Marie Broburgensi in perpetuum donat, ‖

eo tamen tenore ut ipsa et tota ejus posteritas, in hujus libertatis cognitionem, singulis annis sancte Marie duos denarios persolvat. Quod si ipsa vel quilibet ex ejus posteritate a vita decesserit vel matrimonii copulam subierit, sancte Marie vi nummos vel denarios persolvet. Quod ut ratum maneat et nullius in posterum violentia infringatur, sigilli mei auctoritate confirmo, hiis testibus : Eustachio camerario; Henrico, castellano Broburgensi; Beatrice, uxore ejus; Balduino, Henrico, Gilleberto, filiis ejus; Gisleberto de Nivella; Balduino de Ballgiol; Henrico de Insula; Henrico Rastel; Lamberto de Insula; Willelmo, filio Mabilie, et aliis quamplurimis. Vers 1150

1162.

GUILLAUME D'YPRES, D'ACCORD AVEC SA SOEUR LILIOSE, DONNE A L'ABBAYE DE BOURBOURG LE REVENU D'UNE TERRE A LAMPERNISSE. (De terra Liliose.) (1) 1162

Cartulaire de l'abbaye de Bourbourg (XIIIe siècle), fol. 21 recto, *à la Bibliothèque nationale, à Paris, ms. lat.*, n° 9920.

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, amen. Sciant tam presentes quam futuri quod ego Willelmus de Ipre do et concedo in perpetuum Deo et ecclesie sancte Marie de Broborg

(1) Nous devons à l'obligeance de M. Vanderkindere l'observation intéressante que voici :

Cet acte présente un intérêt spécial, si on le rapproche du passage de Galbert (édition PIRENNE, p. 131, n° 86), où il est dit que le comte Guillaume Cliton fit emprisonner, en 1127, Guillaume d'Aires et son frère *Thiebaldus Sorel*, impliqués dans l'assassinat de Charles le Bon. Ce Thiébaut Sorel, qui n'est point mentionné ailleurs, se retrouve ici sous le nom de *Thebbaldus junior*. Il résulte de l'acte qu'il était le fils de Thibaut d'Aire et le frère de

1162 redditum terre C. solidorum in Lampernessa (1), cum Leliosa consanguinea mea et cum filia sua Petronilla, que se Deo et ecclesie predicte reddunt; terram, inquam, de Lampernessa, quam pater ipsius Leliose, Thebaldus scilicet de Aria, tenuit de patre meo Philippo, et post patrem meum de me in feodum et hereditatem; quam ego pro manumissione et concessu Thebbaldi junioris fratris Leliose, dedi Eghellino de Furnis, cum ipsa Leliosa in matrimonium; terram, inquam, quam tenuit Fulcraven Spaling et Bold, frater ejus, de Eghellino de Furnis, et heredes sui post illos. Hujus donationis et libere concessionis testes sunt : Milo, Morinensis episcopus; Leonius, abbas Sancti Bertini; Alcherus, abbas Bergensis; Heinricus, castellanus de Broborc; Robertus, advocatus Bethunie; Rogerus, castellanus de Curtr[aco]; Eustachius de Greneri, camerarius; Frumoldus de Ipre castellanus; Jordanus, castellanus de Dichesmer; Walterus de Flardellis; Walterus de Furmeshem; Gerardus de Rumigem; Theobaldus de Nova Ecclesia, Theobaldus, filius Eghellini de Furnis. Quam concessionem et donationem ipse Theobaldus laudat et confirmat et approbat cum patre suo Eghellino ratum in perpetuum fieri. Actum est apud Vetus Monasterium, anno Domini M° C° LX° II°, indictione x°.

Liliose que Guillaume qualifie de sœur *(consanguinea)*. La mère de Guillaume, fils naturel de Philippe de Loo, avait donc eu aussi des enfants de Thibaut d'Aire. On remarquera que celui-ci avait été gratifié du même fief par Philippe de Loo, sans que l'acte précise le motif de cette générosité, et l'on peut supposer que ce dernier a voulu procurer un mari à la mère de son fils Guillaume. Celui-ci paraît être l'aîné des enfants, puisque c'est lui qui marie sa sœur utérine et qu'il a donné un fief pour racheter son frère utérin, Thibaut le jeune : *pro manumissione,* allusion sans doute à la captivité où il avait été tenu après l'événement de 1127.

(1) Lampernisse, arrondissement et canton de Furnes.

1164.

PHILIPPE, COMTE DE FLANDRE, DONNE A L'ABBAYE DE BOURBOURG UNE TERRE A DIXMUDE. (De terra Bernardi.) 1164

Cartulaire de l'abbaye de Bourbourg (*XIII*e *siècle*), fol. 15 recto, *à la Bibliothèque nationale, à Paris, ms. lat.*, n° 9920.

Ego Philippus, Dei patientia comes Flandrensium, notum volo fieri tam posteris quam modernis, sed maxime in hereditatem Flandrensium consulatus successoribus, quoniam Bernardus de Sumerighem terram quamdam in Discamuda sitam, ab adjacentibus vicinis « nova terra de Veteri Ha » noncupatam, totam, exceptis x mensuris continuis in fine predicte nove terre versus meridionalem plagam jacentibus, quibus Boidinus Briz feodatus est, C[laricie], Broburgensis aecclesie abbatisse || in usum monialium in eadem ecclesia Deo et sancte fol. 15 v° Marie servientium, me presente et consentiente, hereditario jure vendidit. Qui ut meum facilius haberet consensum, et ne feodi mei in hoc videretur honor minui, allodia sua michi reddidit, que in ipsa hora a me in feodum recepit. Ego vero terram de qua mentio facta est, cum ceteris beneficiis ab antecessoribus meis prefate ecclesie collatis, pro remedio anime mee, in perpetuum habendam concessi. Igitur ne rei geste veritatem modernorum ignoret posteritas, et ne emptionem in mei presentia factam refringere sive annullare alicujus audeat vel attemptet inprobitas, sigilli mei impressione confirmari feci. Hii presentes aderant testes : Disderus, prepositus de Insula; Robertus, prepositus de Aria; Walterus de Lokara; Eustachius camerarius; Giselbertus de Nivella; Wilgelinus Brohun; Sigerus et Gerardus de Somerighem; Balduinus, conversus in templo Domini. Actum est Dicasmuda, anno incarnationis Domini M° C° LX° IIII°.

16 mai 1170.

16 mai 1170 — LE PAPE ALEXANDRE III CONFIRME A L'ABBAYE DE BOURBOURG LA POSSESSION DE TOUS SES BIENS.

Cartulaire de l'abbaye de Bourbourg (*XIII*e *siècle*), fol. 41 recto, *à la Bibliothèque nationale, à Paris, ms. lat.*, n° 9920. A. — *Cartulaire de la même abbaye* (*XVI*e *siècle*), fol. 201 recto, *ms. lat.*, n° 9126, *copie des notaires de Rosa et J. Vassoris*. B.

Alexander episcopus, servus servorum Dei, dilectis in Christo filiabus Claricie, abbatisse monasterii de Broburg, ejusque sororibus tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum. Quociens a nobis illud petitur quod religioni et honestati convenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere et petentium desideriis congruum suffragium impertiri. Eapropter, dilecte in Christo filie, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et patris et predecessoris nostri sancte recordationis Eugenii pape vestigiis inherentes, prefatum monasterium de Broburg, in quo divino estis obsequio mancipate, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus; in primis siquidem statuentes ut ordo monasticus, qui secundum Deum et beati Benedicti regulam in eodem monasterio institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium in presentiarum juste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis, prestante Domino, poterit adipisci, firma vobis et hiis que post vos successerint et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis : locum ipsum in quo predictum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis; berquariam unam ovium que vocatur Bouchem, in parochia Sancti

Folquini (1); in parrochia Sancti Martini (2), in villa Lo, berquariam unam; in villa Sclipe [a] (3) super ‖ aquam Sutha, berquariam unam; novam terram super fluvium Ysaram, inter terram sancte Walburgis et Lammekinesenor (4), quidquid terre ibi deinceps accrescere poterit; altare de Fersnare (5); altare de Costices (6); molendinum unum super Lodich [b] in Discamutha; medietatem redditiuum de omnibus molendinis que ibi modo sunt vel postmodum erunt; Crummedic et Palehendic (7), cum suis redditibus; in parrochia que Sancti Petri Bruc (8) dicitur, quinque rep (9); in Clarambaldi Bruc, terram cum duodecim vaccis; terram Folquini filii Malgeri; terram Roberti filii Hugonis Parisiensis, cum vaccis viginti et una; in parochia Herembaldi Capelle, terram cum vaccis duodecim; terram novam que nunc de palude facta est, que jacet inter Watinensem ecclesiam et Broburc, cum omni decimatione ad eandem terram pertinente, et omnem decimationem que exibit de terra, si qua adhuc de eadem palude fiet; decimationem nove terre Theinardi castellani; in parrochia Bullingasela (10),

16 mai 1170 fol. 41 v°

a. Slipe B.
b. Lodic B.

---

(1) Saint-Folquin, arrondissement de Saint-Omer, canton d'Audruick (Pas-de-Calais).

(2) Saint-Martin, arrondissement et canton de Saint-Omer.

(3) Slype, arrondissement de Bruges, canton de Ghistelles (?).

(4) Mannekensvere (sur l'Yser), arrondissement de Furnes, canton de Nieuport.

(5) Varssenaere, arrondissement et canton de Bruges.

(6) Coutiches, arrondissement de Douai, canton d'Orchies (Nord).

(7) Lieux aux environs de Bourbourg.

(8) Saint-Pierre Broucq, arrondissement de Dunkerque, canton de Bourbourg (Nord).

(9) Ce terme désigne une mesure de superficie, analogue à la verge.

(10) Bollezeele, arrondissement de Dunkerque, canton de Wormhoudt (Nord).

16 mai 1170 terram Balduini Tascareli; terram apud Stapala [a] (1), unde quinque sexaginta hod avene redeunt [b]; quinque mansos terre de Hout; in parrochia Ferlingehem (2), terram de Petriholt (3), cum decimatione; terram Godini [c] cum decima; decimationem nove terre in Pelfle (4), tam culte quam colende, et totam terram ad ecclesiam de Faumont (5) pertinentem; terram Casteletuli (6) et silvam a ponte et aqua usque ad Longam
fol. 42 r° Plancam; terram ad ecclesiam Marchinensem pertinentem ‖, quam Clementia comitissa assensu domini Amandi et totius capituli ejusdem ecclesie emit; in parrochia Milham (7), bruc cum decimatione; in parrochia Chilhem (8), terram cum quadraginta hod avene; terram Dodonis et uxoris ejus Gille; in parrochia Loberga (9), triginta jugera terre; in Graveninga (10), unum last allecium; in Broburc (11), unam pensam anguillarum; in Lon (12), unam butiri pensam; veterem terram ipsi ecclesie sancte Marie adjacentem cum decimatione; in parrochia Rubrue (13), partem decimationis valentem duas marcas; in Bullingasela, terram Berwaldi; in vicinia ville Crumbe-

a. Scapla B.
b. redeunt B.
c. Bodini B.

---

(1) Staple, arrondissement et canton d'Hazebrouck (Nord).
(2) Frelinghien, arrondissement de Lille, canton d'Armentières.
(3) Lieu à Frelinghien.
(4) Voir pp. 228 et 235.
(5) Faumont. Voir p. 228.
(6) Petit-Cassel?
(7) Milham. Voir pp. 227, 231 et 232.
(8) Killem. Voir p. 237.
(9) Looberghe, arrondissement de Dunkerque, canton de Bourbourg.
(10) Gravelines, canton de ce nom, arrondissement de Dunkerque.
(11) Bourbourg.
(12) Loon, arrondissement de Dunkerque, canton de Gravelines (Nord).
(13) Rubrouck, arrondissement d'Hazebrouck, canton de Cassel (Nord).

cem (1), nonaginta jugera terre; in Popingehem [a] (2), viginti jugera terre; terram reddentem Ypris singulis annis marcam argenti; item in Bullingasela, terram Alwini et Blitinari et Titdimari; in Sigeri Capella (3), terram Alfridi regis; in parrochia Santi Folquini (4), quadraginta jugera terre ex dono Goffridi de Casla; in Broburg, tria jugera et mansuram Gotmari prepositi; in Scalcletha [b] (5), unum mansum terre; in Liffinga (6), viginti jugera; in Loberga, viginti quinque jugera; in Broburg et Crararwic (7), viginti jugera; in terra orphanorum, viginti octo jugera; in Piticham (8), terram Roberti reddentem quotannis decem hod tritici et viginti hod avene; in parrochia Sancti Folquini, decem et octo jugera, ex donno Emme; apud Eggefridi Cappellam (9), quatuordecim jugera; terram quam Mancinus presbiter dedit; terram et mansuras quas Lebertus presbiter dedit; ‖ duodecim jugera ex dono Symonis vicecomitis; decem et sex jugera que Mancinus dedit; in Iblingahem (10), terram omnemque substantiam Ildegardis uxoris Balduini; in Drincham (11), viginti sex jugera, et terram Periastra [c] (12);

16 mai 1170

fol. 42 v°

a. Popringehem B.
b. Scaletha B.
c. Proiastra B.

---

(1) Crombeke, arrondissement de Furnes, canton de Rousbrugge.
(2) Poperinghe, canton de ce nom, arrondissement d'Ypres.
(3) Zeggers-Cappel, arrondissement de Dunkerque, canton de Wormhoudt.
(4) Saint-Folquin, arrondissement de Saint-Omer, canton d'Audruick (Pas-de-Calais).
(5) Lieu inconnu.
(6) Leffinghe, arrondissement de Bruges, canton de Ghistelles.
(7) Craywick, arrondissement de Dunkerque, canton de Gravelines.
(8) Pitgam, arrondissement de Dunkerque, canton de Bergues.
(9) Lieu inconnu.
(10) Ebblinghem, arrondissement et canton d'Hazebrouck.
(11) Drincham, arrondissement de Dunkerque, canton de Bourbourg.
(12) Proiastre, terre près de Bapaume, canton de ce nom, arrondissement d'Arras (Pas-de-Calais).

16 mai 1170 quadraginta quinque jugera cum quindecim vaccis ex dono Livildis, castellane Broburgensis; duo virgulta et quadraginta terre jugera ex dono Susanne uxoris Arnoldi, juxta Sanctum Audomarum, in parrochia sancti Michaelis; in villa Milham, terram ex dono Henrici Broburgensis castellani, quotannis reddentem viginti hod frumenti et duodecim hod avene, et tres plenas oblationes. Sane novalium vestrorum que propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium, nullus a vobis decimas presumat exigere. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum devotioni et extreme voluntati qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salva tamen justicia illarum ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumuntur. Obeunte vero te, nunc ejusdem loci abbatissa vel tuarum qualibet succedentium, nulla ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia proponatur, nisi quam sorores, communi consensu, vel sororum pars consilii sanioris, secundum Deum et beati Benedicti regulam, providerint eligendam. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones
fol. 43 r° auferre, vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet ‖ vexationibus molestare, sed omnia integra et illibata serventur earum, pro quarum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura; salva nimirum Sedis apostolice auctoritate et dyocesani episcopi canonica justicia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam, sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo terciove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et domini redemptoris nostri Jhesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax domini nostri Jhesu

Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant, et apud districtum judicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Ego Alexander, catholice ecclesie episcopus. Ego Bernardus, Portuensis et sancte Ruffine episcopus. Ego Habaldus, presbyter cardinalis sancte Crucis in Jherusalem. Ego Johannes, presbyter cardinalis sanctorum Johannis et Pauli et Pamachii. Ego Ildebrandus, basilice XII apostolorum presbyter cardinalis. Ego Albertus, presbyter cardinalis et sancti Laurentii in Lucina Ego Guillelmus, presbyter cardinalis et sancti Petri ad vincula. Ego Boso, presbyter cardinalis sancte Pudentiane tituli pastoris. Ego Petrus, presbyter cardinalis tituli sancti Laurentii in Damaso. Ego Theodinus, presbyter cardinalis sancti Vitalis et Vestine. Ego Jacinthus, dyaconus cardinalis sancte Marie in Cosmydyn. Ego Ardicio, dyaconus cardinalis sancti Theoderici. Ego Cincyus, cardinalis sancti Adriani. Ego Manfredus, dyaconus cardinalis sancti Georgii ad velum aureum. Ego Hugo, dyaconus cardinalis sancti Eustachii juxta templum Aggrippe. Datum Verulis, per manum Gratiani, sancte Romane ecclesie subdiaconi et notarii, XVII kal. junii, indictione III, incarnationis dominice anno M° C° LXX°, pontificatus vero domni Alexandri pape anno undecimo. 16 mai 1170

1194.

LAMBERT, ÉVÊQUE DES MORINS, CONSTATE L'ACCORD INTERVENU ENTRE THIERRY, CHATELAIN DE DIXMUDE, ET L'ABBAYE DE BOURBOURG, AU SUJET DE LA DÎME D'UNE TERRE PRÈS DIXMUDE, JOIGNANT L'YZER. (De decima de Dischamuda.) 1194

Cartulaire de l'abbaye de Bourbourg (*XIIIe siècle*), fol. 22 verso. *à la Bibliothèque nationale, à Paris, ms. lat.*, n° 9920.

Ego L., Dei gratia Morinorum episcopus, notum fieri volumus tam presentibus quam futuris, quod cum querela diu ventilata esset inter Th., dominum de Bevere, castellanum de Dixmuda,

1194 et M., abbatissam de Broburg, super decima nove terre adjacentis utraque parte Ysare, juxta Dixmudam, post longam vexationem et sumptuosas expensas, utraque pars in nos compromisit. Nos vero, sancti Spiritus gratia cooperante et virorum prudentium mediante consilio, inter ipsos in hunc modum composuimus. Abbatissa predicto castellano viginti quinque marcas dedit, et marcam et dimidiam super terram, quam ecclesia de Brobore habet juxta Dixmudam, eidem in
fol. 43 r° perpetuum || competenter tenendum assignare debuit. Sed, quia per assignationem illam prefata ecclesia gravamen sibi imminere previdit, predictum redditum, antequam esset ei assignatus, viginti septem marcis redemit. Quo facto, sepedictus castellanus predictam decimam ecclesie de Broburg libere in perpetuum possidendam concessit, et omne jus quod prius in eadem reclamaverat werpivit. Ne igitur compositio ista ab aliquo in posterum possit refragari, eamdem sigillo nostro confirmavimus, et pretaxati castellani sigillo corroborari fecimus, excommunicationis sententiam subjungentes in illos qui aliquid in fraudem compositionis hujus attentare presumpserint. Actum anno Domini M° C° XC° IIII°, coram hiis testibus : Arnulfo, Flandrensi archidiacono; Waltero, preposito de Formezela; Arnuldo capellano; Waltero, decano Sancti Audomari; Riquardo Canin; Theoderico de Rubroc.

XIV.

L'ABBAYE D'AUCHY-LES-MOINES.

L'abbaye d'Auchy-les-Moines, ou Auchy lez-Hesdin (1), fut rétablie, vers 1079, par Enguerrrand, comte d'Hesdin. Les comtes de Flandre, Baudouin et Charles le Bon, eurent à intervenir un peu plus tard pour la défendre contre la tyrannie de Gautier, neveu et successeur d'Enguerrand.

A la fin du XVIIIe siècle, un moine d'Auchy publia les chartes de l'abbaye, sous le titre : *Cartulaire de Saint-Silvin d'Auchy, en Artois, rédigé par P.-L.-J. de Betencourt, religieux de ladite abbaye* (sans lieu ni date, in-4°, tome I). L'ouvrage ne fut tiré qu'à vingt-cinq exemplaires et le tome II n'a jamais paru (2).

C'est d'après ce recueil que nous publions les actes suivants.

---

(1) Auchy-les-Moines, arrondissement de Saint-Pol, canton du Parcq (Pas-de-Calais).

(2) La Bibliothèque nationale, à Paris, en possède un exemplaire (réserve, coté LK[7], 543). Il en existe un autre exemplaire dans la bibliothèque de l'Académie d'Arras. (*Mémoires de l'Académie d'Arras*, t. XXXVI, 1864, p. 113.)

15 février 1113.

15 février 1113 BAUDOUIN, COMTE DE FLANDRE, ET SA MÈRE CLÉMENCE ATTESTENT QUE GAUTIER, NEVEU D'ENGUERRAND DE HESDIN, A PROMIS DE DÉFENDRE L'ABBAYE D'AUCHY CONTRE CEUX QUI TENTERAIENT DE LA MOLESTER (1).

P.-L.-J. de Betencourt, Cartulaire de Saint-Silvin d'Auchy, p. 27.

In nomine sancte et individue Trinitatis, ego Balduinus, Dei gratia Flandrensis comes, cum Clementia matre mea, notum facio quod, ipsa die qua Walterio Hisdinensi terram suam reddidimus, abbatiam sancti Silvini que apud Alchiacum in honore Dei fundata est, tanquam unam de abbatiis terre nostre in propria advocatia omnino retinuimus. Unde ipse Walterus, tactis sacrosanctis reliquiis, in presentia nostra juravit quod quicquid avunculus suus Ingerrannus ecclesie Alchiacensi contulit, et quicquid eadem die qua ipse terram suam a nobis suscepit predicta ecclesia possedit, quiete possidere permitteret. Insuper affirmavit se eandem ecclesiam ab infestantibus defensaturum, et ecclesie ejusdem res ampliaturum.

Hec concessio facta est ab eodem Waltero in curia nostra apud Sanctum Audomarum, anno dominice incarnationis M° C° XII°, indictione v, idus febr., nobis atestantibus et aliis quampluribus quorum suscripta sunt ad testimonium [nomina]. Willelmus,

(1) Un fragment de cet acte a été publié, avec la date de 1112, dans MIRAEUS, t. II, p. 837, et dans la *Gallia christiana*, t. X, *instrumenta*, col. 398.

comes Pontivensis; Robertus, Bituniensis; Baldus filius ejus; Host pincerna; Baldus camerarius; Willelmus, castellanus Sancti Audomari; Rogerus, castellanus Islensis; Geraufus, castellanus Casletensis; Adam de Formesel; Robertus, nepos Rogeri castellani Islensis; Tebaldus, Yprensis; Anselmus de Gokes; Robertus de Ferives; Wido de Asli; Alelmus dapifer de Hisdin; Hugo de Grigni; Anselmus de Herin; Baldus de Conci; Johannes filius Wazelini; Alelmus frater ejus; Hugo de Englos; Laivoldus de Folees; Hugo filius Winoldi; Baldus filius Aselini; Hoylardus de Alchi; Rainerus de Sancto Quintino; Droardus de Wail; Warinus filius Roberti de Ferives. 15 février 1113

Hec autem inter cetera ipsa die Alchiacensis ecclesia tenebat, et hec in elemosina eidem ecclesie Inguerrannus Hisdinensis dederat : medietatem de Winkingehen (1); medietatem de Hubi (2); camporum et silve et aque; culturam de Loysuns (3) juxta Heemunt (4); de Montigni (5) medietatem ville, camporum et silve; quartam partem de Lesin; presentibus testibus Davide, Odone, presbiteris; Oylardo de Alchi; Radulpho preposito; Waltero Viridi, cum aliis.

---

(1) Wicquinghem, arrondissement de Montreuil, canton d'Hucqueliers (Pas-de-Calais).

(2) Huby-Saint-Leu, arrondissement et canton d'Hesdin.

(3) Loison, arrondissement de Montreuil, canton de Campagne lez-Hesdin.

(4) Hesmond, arrondissement de Montreuil, canton de Campagne lez-Hesdin.

(5) Montigny-les-Jongleurs, arrondissement de Doullens, canton de Bernaville (Somme).

1119 - 1126.

1119-1126 CHARLES, COMTE DE FLANDRE, CONFIRME AUX RELIGIEUX D'AUCHY LES DONATIONS QUI LEUR ONT ÉTÉ FAITES PAR ENGUERRAND DE HESDIN, LEUR FONDATEUR, ET SE DÉCLARE LEUR AVOUÉ ET LEUR PROTECTEUR.

P.-L.-J. de Betencourt, Cartulaire de Saint-Silvin d'Auchy, p. 54. 5

In nomine sancte et individue Trinitatis, amen. Karolus, Flandriarum comes immeritus, universis catholicae fidei cultoribus tam presentibus quam futuris, transacto fletu vesperi, in matutino letari. Quoniam vita mortalium labilis, eorumque actio variabilis cito antiquatur et senescit, nisi memorie studeatur traditum iri libertates et cetera dona, que Deo et fratribus sancti Silvini, in loco qui dicitur Alci, tam pro remedio anime sue quam predecessorum suorum salute, Ingelramnus Hisdinensis contulit, litterali industria noticie instantium atque posterorum assignatum iri, et in conspectu meo, qui loci illius sum advocatus et defensor maximus, placuit recitari et sigillo meo ob firmitatem ecclesiae muniri. 10 15

Pateat omnibus igitur concessum fore ab eodem Ingelramno, abbati Norberto atque predictis fratribus altare de Budberz (2) et atrium appendicemque terram, et unam garbam de buza, et 20

(1) Cette charte paraît avoir été donnée au temps de Gautier, comte d'Hesdin, qui mourut en 1126 au plus tard, après avoir été dépossédé de son comté par Charles le Bon.

(2) Boubers lez-Hesmond, arrondissement de Montreuil, canton de Campagne lez-Hesdin (Pas-de-Calais).

membra subjacentia, scilicet Vacaria (1), Fleirs (2), Esqua- 1119-1126
vias (3), Frodmermund; altare de Conci (4) et membra que ad illud pertinent, scilicet Blangizel (5) et Masnil (6); de Valle Concci (7) unam garbam de bulzet; altare de Galantines et membrum illi adjacens, videlicet Frosmorterum; altare de Wail (8); altare sancti Quintini de suburbio Hisdin, appendicemque terram; altare de Fontaines (9) et membra que sunt Moncels (10), Nova Villa (11) et Emelinpuz; altare de Casnoit (12); altare de Brasli; altare de Bleyrvileir (13); altare de Erenboldeurt; altare de Moncels; altare de Capella (14); altare de Engennuneurt; tertiam partem altaris de Morelgunmunt; altare de Marcona (15), et atrium appendicemque terram; altare de Grenni (16) totamque decimam de bulzet; altare de

---

(1) Vacquerie, arrondissement de Saint-Pol, canton d'Auxy-le-Château.

(2) Flers, arrondissement et canton de Saint-Pol.

(3) Ecoivres, arrondissement et canton de Saint-Pol.

(4) Conchil-le-Temple, arrondissement et canton de Montreuil.

(5) Blangy-sur-Ternoise, arrondissement de Saint-Pol, canton du Parcq.

(6) Maisnil, arrondissement et canton de Saint-Pol.

(7) Vaulx, arrondissement de Saint-Pol, canton d'Auxy-le-Château.

(8) Wailly, arrondissement et canton de Montreuil.

(9) Fontaine-l'Étalon, arrondissement de Saint-Pol, canton d'Auxy-le-Château.

(10) Monchil, arrondissement de Saint-Pol, canton d'Auxy-le-Château.

(11) Neuville, arrondissement et canton de Saint-Pol.

(12) Quesnoy, arrondissement de Saint-Pol, canton du Parcq.

(13) Biefvillers, arrondissement d'Arras, canton de Bapaume, ou Bienvillers-au-Bois, arrondissement d'Arras, canton du Pas.

(14) Capelle, arrondissement et canton d'Hesdin.

(15) Marconne, arrondissement et canton d'Hesdin.

(16) Grigny, arrondissement de Saint-Pol, canton du Parcq.

1119-1126 Wamin (1) appendicemque terram, et de budia unam garbam; altare de Domuethest.

Similiter unam garbam de bulzet de Alta Campana et de membris ejus, scilicet Olvin, Senonis, Wlfrancurt; de Bonitas unam garbam de bulzet; de Escuras similiter; de Loisum totam decimam de bulzet, et terram unius carrucae; feodum Hugonis Fabulatoris; feodum Goardi et Radulfi filii Evreberti; mansorium et terram appendicem Garini cognomine Emboeth; feodum Roberti presbiteri; mansorium Petri de Cruce, in concambio duorum denariorum quos dare consueverat predictis fratribus pro lumine in die sabbati; totam etiam partem quam habebat Alesin; cambam unam Hisdini, Gundewini; piscariam inter Wail et Hisdinum; piscariam de Alci; piscariam de Budbert.

In villa Ami dicta terra ad unam carrucam, et campi et silva et aque; in villa Marla undecimam partem terrarum et pratorum, et silve et aque; de Monteni medietatem ville, camporum et silve, et alterius quarte partis medietatem, et totius ville decimam.

Concessit etiam, in omni comitatu suo et in omni terra sancti Silvini, de omnibus hominibus ipsius sancti, ut nemo accipiat leges illas quas vocant bannum et latronem, nec sine forisfactura apparente capiantur vel distringantur, aut ab aliquo placitante, sine proclamatione que ad abbatem fiat, aliquando judicentur, ipso scilicet de eis justiciam in domo sua ad finem usque prosequente.

Nemo debet habere furnum in villa Alci, excepto abbate et fratribus. Ab Rollamcurt (2) usque Marconellam (3) non potest molendinum fieri preter molendina abbatum.

---

(1) Wamin, arrondissement de Saint-Pol, canton du Parcq.

(2) Roellecourt, arrondissement et canton de Saint-Pol, ou Rollaincourt, arrondissement de Saint-Pol, canton du Parcq.

(3) Marconnelle, arrondissement et canton d'Hesdin.

Statuit insuper ut potestatem habeant fratres in silvis suis, 1119-1126
quantum opus fuerit ad ecclesiam, ad officinas, ad cetera quelibet edificanda vel reedificanda, similiter vero ad focum coquine et furni, ac totius curtis sue, omni tempore absque
5 contradictione, ligna de cisdem silvis habeant, et servientes similiter qui victum ab eis accipiunt, et qui in cambis sancti Silvini apud Hisdin habitant; nullus tamen, nisi dato pretio aut vadimonio, quicquam ab eis accipiat Submanentes vero sancti Silvini in villa Alci, ad domos suas construendas, mate-
10 riam lignorum sufficientem accipiant; illi vero de Hubi, tam ad domos edificandas quam ad ignem, materiam in eisdem silvis sumant. Evrardus autem Farsus, et Radulfus de Marcona, ex mortua silva ad focum ligna absque venditione sumant, et de viva domos suas construant. De pascuis autem porcorum
15 abbatis et fratrum, nil umquam accipiatur aut exigatur. Inventio volatus apum totius silve de Grenni conceditur abbati.

Contulit insuper predicto sancto medietatem de Vuinkinchehen, et culturam de Loysun juxta Hethemunt; medietatem de Hubi, camporum et silve, et aque; de Erlaincurt (1) medie-
20 tatem decime et vivi et mortui; apud Montenni ortum Grimoldi. Comitatus vero totius terre sancti Silvini ad abbatem pertinet, scilicet *ban*, latro, *trof*. Preterea ipse Ingelrannus perhenniter concessit abbati et fratribus omnem silvam inter vallem Alardi et terras Heldrevallis; iisdem etiam dedit abbati
25 et fratribus, in villa Alci, terram quattuor carrucis sufficientem, et *campart* sue medietatis, quam illo tempore Rainerus tenebat villicus.

Submanentes sancti Silvini de Alci et de Montenni, in omni comitatu Hisdinensi quecumque emerint vel vendiderint seu
30 duxerint, nec theloneum debent nec transitum. Allodium de Villeman, quod predictus comes Ingelramnus, vir probitatis,

---

(1) Rollaincourt (?), arrondissement de Saint-Pol, canton du Parcq.

1119-1126 et Alelmus de Pal, Hugoque et Rogerus de Vees, et Alelmus Hyrcus, et Robertus Malum crescens, et Haewidis neptis Waldulfi concesserunt, liberum etiam atque solutum ab omni thelonco et transitu per totam terram Hisdini, excepto negotio forensi Hisdinorum. 5

De donis militum. — Deo autem inspirante, quidam ex militibus suis aliqua de beneficiis suis Deo atque prememoratis fratribus impertiri studuerunt, que suo assensu in hac karta assignata videntur : scilicet Alardus de Blangizel, partem de allodio quam habebat in villa que dicitur Vaccaria ; Henfridus 10 vero frater ejus, partem suam similiter, eorumque soror Hildeburgis, mater Henfridi monachi, suam partem; Alelmus Mustela, duo mansoria in villa que dicitur Cupella, et dimidium molendinum in villa nuncupata Senpleton; Adelinus, apud sanctum Albinum (1) unum mansorium terramque ei perti- 15 nentem, et quoddam pratum; Hugo Estel, quartem partem de Nigelles (2), et cambam unam Hisdini et pomerium in suburbio; eisdem autem apud Montem Gersuuith, terram une carruce sufficientem inter montem et vallem ; Balduinus, filius Azelini, medietatem sui molendini de Bricca, et idem de atrio sancti 20 Albini sanctique Vedasti patrocinium ; Balduinus Famibe, altare de nn^er Vallibus; Hugo Porta-Pilum, quintam partem de allodio suo apud Fontaines; Eustachius Escarseth, quartam partem allodii de Walbercurt (3), scilicet et de campo et de silva; Clarieldis, duos campos terre apud Valirs; Hugo Gamais 25 et Hildegardis uxor ejus dederunt tertiam partem decime de Errembolcurt; Balduinus de Conci, totam decimam terre Alde matris suae, et illam decimam quam habebat in Corbast, et quoddam mansorium in prato, et campum et silvam et aquam,

---

(1) Saint-Aubin, arrondissement et canton de Montreuil. 30

(2) Tigny-Noyelle, arrondissement et canton de Montreuil.

(3) Wambercourt, arrondissement et canton d'Hesdin.

ut vavasores possident, ad edificia monachorum ibidem commanentium construenda; iisdem autem Balduinus, et Hugo Pontivensis et Ingelramnus vavasores sui, dederunt x et viii jugera terrae; Arda de Conci et Wicardus filius ejus, decimam de Hamel (1) et unam garbam de Aboisnicurt, concedentibus dominis suis, videlicet Roberto et Adam de iiii Vallibus; Walterus de Asli, quoddam mansorium apud Sanctum Leodegarium (2). 1119-1126

Servi vero et ancille Sancti Silvini : Alelmus Matum et progenies ejus; Odo piscator et progenies ejus; Herreburgis et progenies ejus; Geneheldis et progenies ejus; Herrenburgis de Herkemercurt et progenies ejus; Haewidis et progenies ejus; Albuca et progenies ejus.

Hec omnia, ut prediximus, in hac karta assignata videntur, et quecumque Alciacensis ecclesia in omni comitatu Hisdinensi, eo die quo Ingelramnus obiit, tenebat, Walterus Hisdinorum comes, utpote fidelis successor et heres, cum uxore sua et filio, voluntate propria libere atque solute in curia Balduini antecessoris mei apud Sanctum Audomarum, anno dominice incarnationis M° C° XII°, indictione v, idus februarii concessit, et postmodum manu sua, tactis reliquiis, se servaturum juravit, et res ecclesiae illius se ampliaturum promisit, videntibus militibus meis quorum nomina pro testimonio placuit annotari.

Willelmus, comes Pontivensis. Robertus, Bituniensis, Balduinus filius ejus. Willelmus, castellanus Sancti Audomari. Rotgerus, castellanus Islensis. Gerardus, castellanus Casletensis. Adam de Formesel. Ledbaldus Iprensis. Anselmus de Guokes. Robertus de Fereves. Alelmus dapifer de Hisdin, Hugo de

---

(1) Hamel, arrondissement de Douai, canton d'Arleux (Nord).

(2) Saint-Léger, arrondissement d'Arras, canton de Croisilles (Pas-de-Calais).

1119-1126 Grenni. Anselmus de Herin. Johannes filius Wazelini. Alelmus frater ejus. Hugo de Englos. Laivoldus de Foscert. Balduinus filius Azelini cum aliis.

Horum igitur et totius curiae Flandrensis consilio, idem Balduinus antecessor meus statuisse cognoscitur, quatinus Alciacensis ecclesia semper libera habeatur, et ut nulli ecclesie, preter Morinensem, umquam subiciatur, nec obeunte abbate in ea per violentiam alicujus persone abbas intrudatur, sed quem sibi concors congregatio vel maxima pars sanioris consilii elegerit, ab ipsis fratribus licenter promoveatur.

Hoc idem privilegio nostro confirmamus, et posteris nostris qui loci illius advocati et defensores fuerint, firmiter tenendum mandamus.

1126.

1126 CHARLES, COMTE DE FLANDRE, ET ANSELME, COMTE D'HESDIN, RENDENT A L'ABBAYE D'AUCHY UNE TERRE SUR LAQUELLE LA COMTESSE MATHILDE S'ETAIT FAIT CONSTRUIRE UNE DEMEURE.

P.-L.-J. de Bethencourt, Cartulaire de Saint-Silvin d'Auchy, p. 47.

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, amen. Karolus, providentia Dei comes Flandrensis, universis ecclesie filiis presentibus et futuris feliciter perpetuari. Quia conditione naturali vita mortalium labilis antiquatur eorumque actio variabilis cito oblivioni traditur, predecessorum nostrorum exemplis instruimur quatinus dona ecclesiis legaliter tradita, litteris adsignari curemus Horum exempla pro viribus meis cupiens imitari, quandam terram ecclesiae Alciacensis, cujus sum advocatus et defensor infatigabilis, privilegio meo confirmare studui, ne deinceps per novos successores et malos adulatores de ea videretur adnullari; hanc solummodo a conditore

et bonorum omnium pio retributore mercedem querens, ut 1126
saltem in die ultimi examinis michi meisque successoribus, qui hujus doni suis temporibus advocati et defensatores firmi fuerint, dexteram porrigat pie liberationis lucemque concedat
5 vite perhennis.

Pateat igitur omnibus quod ego Karolus et Anselmus, Hisdinensis consul, terram sancti Silvini in qua Mathildis, comitissa (1) olim, concedente abbate Norberto et fratribus de capitulo, manendiam suam edificavit, ea scilicet conditione ut post
10 discessum ipsius, terra eadem cum omni edificio ad terram ut prius erat, absque calumpnia reverteretur, quam Walterus Hisdinensis, expulsa Mathilde, ab ecclesia injuste et violenter abstulisse cognoscitur, solute et libere dominio ejusdem ecclesie libenter reddimus. Et ut id ratum et inconvulsum eterna-
15 liter maneat, presentibus militibus nostris, devote confirmamus: Baduino dapifero; Sigero de Ponte Waldrici; Frumoldo castellano Yprensi; Willelmo, filio Willelmi castellani de Sancto Audomaro; Eustachio de Stainfort; Alelmo Petran; Warino filio Alardi; Waltero de Bernelis, cum aliis. Actum anno
20 incarnati Verbi millesimo centesimo XX° VI°.

---

(1) La comtesse Mathilde était la femme d'Enguerrand, comte d'Hesdin.

XV.

L'ABBAYE DE SAINT-ANDRÉ DU CATEAU-CAMBRÉSIS.

L'abbaye de Saint-André fut fondée, vers 1030, au Cateau-Cambrésis, par Gérard de Florennes, évêque de Cambrai.

Nous avons eu l'occasion déjà de publier plusieurs documents qui la concernent (1). Les deux premiers qui suivent sont des copies prises dans des recueils qui semblent être perdus.

1047.

1047 UNE FEMME, DU NOM DE TIETSENDE, SE DONNE, ELLE ET SES ENFANTS, AU MONASTÈRE DE SAINT-ANDRÉ DU CATEAU.

Collection Moreau, t. XXIV, p. 3 (*ex historia chronographica Castelli, reg. privileg.*, fol. 61). 5

In nomine Patris, Filii et Spiritus sancti, amen. Notum esse volumus praesentibus et posteris quod ego Tietsendis, aliquando Deo volente, memor evangelicae admonitionis, quatenus nobis amicos facere debeamus qui nos recipiant in tabernacula aeternae hereditatis, sancto Andreae amico Dei 10 apostoli, cum essem libera et liberis progenitoribus oriunda, ut mihi ipse sanctus apostolus advocatus esset animae et corporis, me cum filiis Martino et Henredo et filiabus Tietsende et Richelde, cum omni posteritate mea, ancillam dedi, ea scilicet lege ut unoquoque anno vir duos, femina vero unum dena- 15

(1) Voir nos *Recherches*, etc., pp. 384, 415, 429 et 644.

rium, in festivitate ipsius apostoli pro censu persolvat; sicque 1047
omnis familia nostra sine advocato, sine omni taxatione libera in aeternum permaneat. Porro a tricesimo anno et supra in familia nostra qui sine herede obierit, vir sive femina in ejus
5 facultate, nullus omnino advocatus, nullus minister, nullus parentum, excepto ipsius loci abbate, manum mittere praesumat. Actum est hoc in ecclesia ejusdem beati apostoli, anno dominicae incarnationis MXLVII, indictione xv, epacta xxii, domno Gerardo Cameracensi sedi praesidente et domino Wal-
10 drico ipsius loci abbate. Huic etiam deditioni multi interfuere legales viri, quorum ista sunt nomina. S. Walteri Calvi. S. Johannis Buera. S. Walteri de Caldri. S. Fulberti infantis. S Widonis. Porro ut hec saeculis omnibus inviolata permanerent, cyrographi signo praecepimus assignari, quatenus propria
15 astipulatione charta firmaretur

25 mai 1104.

Relation d'un accord entre l'abbaye de Saint-André du Cateau, Arnould d'Audenarde et un certain Thiébert, au sujet d'un bien a Germignies (1). 25 mai 1104

20 *Collection Moreau*, t. CCCXXVII (*ex registro privilegiorum S. Andreae de Castello*, fol. 26), *copie de Mutte, doyen de Cambrai.*

Concordia inter abbatem Guiffridum et Thiebertum de Germiniaco, pro terra de dote altaris Germiniacensis (2), quae dici-
25 tur de Piloso Campo

(1) En note : « Herines, Germigni, aujourd'huy Pottes ».

(2) Il s'agit ici du hameau de Germignies, à Pottes, arrondissement de Tournai, canton de Celles, dont nous avons déjà parlé à propos de l'abbaye de Saint-Amand (p. 29). Liébert, évêque de
30 Cambrai, avait, en 1074, donné à l'abbaye de Saint-André l'autel de ce lieu (*altare de Germenni*). Voir nos *Recherches*, etc., p. 417.

25 mai 1104 Hugo quidam de Germiniaco, filium habens Lansecchinum filiamque Bertam, terram tenebat sub annuo censu; iis defunctis, Thiebertus, maritus Berthae, Hugonis gener, terram ipsam quam Arnulfus Aldenardensis usurpaverat, redemit, inque ea tenenda monachis Castellensibus resistebat, Arnulfus tandem juri quod in eam sibi vindicabat renunciavit Tornaci, III kal. februarii, die sabbathi. Thiebertus duas marchas argenti Guifrido abbati dedit, « ut ipse et Berta uxor ejus duoque tantummodo » filii eorum, Gonterus videlicet et Lansecchinus, terram de » Piloso Campo quietam teneant; et post mortem horum qua- » tuor terra illa in manu et in misericordia abbatis illius tem- » poris redeat. Facta est autem haec investitura in ecclesia » Germiniacensi, XI kal. junii, die dominica... Actum est hoc » Germini, anno dominicae incarnationis millesimo centesimo » quarto, indictione duodecima, epactis XXII. Frater Rainerus » dictavit, scripsit, subscripsit et recognovit. Data octavo kalen- » das junii. »

26 octobre 1122 — 2 juin 1123.

26 oct. 1122 -2 juin 1123 BURCHARD, ÉVÊQUE DE CAMBRAI, CONFIRME A L'ABBAYE DE SAINT-ANDRÉ LA POSSESSION DE SES BIENS.

Collection Moreau, t L, p. 191, *à la Bibliothèque nationale, à Paris* (*ex historia chronographica oppidi Castelli in Cameracensi et monasterii S. Andreae ibidem, sub anno 1122; in Regestro privilegiorum*, fol. 29 et seq.).

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Ego Burchardus, Dei miseratione Cameracensis episcopatus minister indignus, cum aliquando ex officio pastoralis solertiae quaedam evangelica verba divinae comminationis in memet recogitarem, hinc scilicet de torpentis et inutilis servi damnatione, illinc de prudentis et fidelis dispensatoris remuneratione, inter cotidianam ecclesiarum dioecesis nostrae sollicitudinem, ecclesiam beati Andree

apostoli, a praedecessoribus nostris, domno scilicet Gerardo 26 oct. 1122
antiquo constructam, et a domno Lietberto domnoque Gerardo -2 juin 1123
secundo alodiis, reditibus, altaribus et villis amplificatam, ego quoque, prout opportunum fuit, aliquantulum rebus nostris promovere et tueri curavi. Suggerente itaque dilectissimo fratre Gerlando, Aquicinense monacho, quem, disponente Deo, ante biennium abbatem ejusdem praefeceramus ecclesiae, altare de Squarminio (1), altare de Hunechiis (2), altare Aldonis Curtis (3) supradictae contuli ecclesiae, libera omnino, excepto quod tertiam partem obsonii archidiacono persolvat. Praedictum quoque abbatem, secundum tenorem a supradictis episcopis abbatibus loci illius antiquitus collatum, ita nobis familiarem esse constituimus ut unus ex archicapellanis nostris habeatur, et in domo nostra hunc locum habere, ut Cameraci veniens cibum de mensa nostra, si ei placuerit, percipiat; quin etiam duas partes obsoniorum omnium altarium suorum, sicut et antecessores ejus a supradictis episcopis tenuerunt, in beneficium et, ut ita dicam, in feodum pepetualiter teneat. Concessimus etiam hanc cum apud nos obtinere gratiam, sicut in chartis priorum episcoporum auctoritate signatis vidimus contineri, ut quodcumque ligaverit, sive malefactores, si qui forte ecclesiam ipsam perturbaverint, sive omnes quicumque eam aliquo modo vexaverint, excommunicaverit, a nobis quoque eodem ligatus teneatur; quippe cui etiam vices nostras in plerisque negotiis exequendi, si quando defuero, potestas antiquitus concessa sit. Praeterea, ne quando per labentia tempora a succedentibus sibi episcopii ministris archidiaconis scilicet et decanis aliquam infestationem in exigendis obsoniis altarium suorum praedicta patiatur ecclesia, ipsa altaria sancti Andreae

---

(1) Escarmain, arrondissement de Cambrai, canton de Solesmes.
(2) Honnechy, arrondissement de Cambrai, canton du Cateau.
(3) Audencourt, arrondissement de Cambrai, canton de Clary.

26 oct. 1122 -2 juin 1123 et quid obsonii vite debeant hic adnotari fecimus. Igitur altare sancti Martini ipsius villae cum obsonio duodecim denariorum et non plus omni tempore; altare de Ors (1) similiter; altare de Fontaines (2) similiter; altare sancti Martini de Cameraco similiter; haec quinque altaria una eademque lege teneantur. Decem vero altaria, scilicet de Ferrariis (3), de Sancto Benigno (4), de Jusseio (5), de Vallis (6), de Audeniis (7), de Mares (8), de Liniaco (9), de Huneciis, de Aldonis Curte, de Lelgiis (10), unumquodque eorum singulis annis duos solidos debet, quarto vero anno duplum. Altare vero de Briastro (11), quia capella est, duodecim tantum denarios omni tempore. In pago vero Hanoensi, de Sancto Piatone (12), quod Guiffridus capellanus contulit sancto Andreae, duos solidos tantum debet omni tempore; altare vero de Verteneio (13) unoquoque anno debet duos solidos; quarto autem quindecim; altare de Squar-

---

(1) Ors, arrondissement de Cambrai, canton du Cateau.

(2) Fontaine-au-Bois, arrondissement d'Avesnes, canton de Landrecies.

(3) Ferrière-la-Grande et Ferrière-la-Petite, arrondissement d'Avesnes, canton de Maubeuge.

(4) Saint-Benin, arrondissement de Cambrai, canton du Cateau.

(5) Jussy (?), arrondissement de Saint-Quentin, canton de Saint-Simon (Aisne).

(6) Lieu inconnu.

(7) Audregnies, arrondissement de Mons, canton de Dour. Voir l'acte qui suit.

(8) Maretz, arrondissement de Cambrai, canton de Clary.

(9) Ligny, arrondissement de Cambrai, canton de Clary.

(10) Liaugies, hameau à Bethencourt, arrondissement de Cambrai, canton de Carnières.

(11) Briastre, arrondissement de Cambrai, canton de Solesmes.

(12) Saint-Pithon, arrondissement de Cambrai, canton de Solesmes.

(13) Vertain, arrondissement de Cambrai, canton de Solesmes.

minio similiter; de Germiniaco (1), de Herines (2) in Brai- 26 oct. 1122
bant similiter; de Petroso (3) similiter; de Basuello (4) vero, -2 juin 1123
quia dimidia ecclesia est, medietas supradicti obsonii debetur; de Ruenna (5), quia capella est, duodecim denarii debentur.
5 Horum omnium altarium bissem, id est, duas partes debiti, sicut antecessores mei concesserunt pro redemptione animarum suarum, meae et successorum meorum seu congregationis sanctae Mariae, sicut supradiximus, sancto Andreae et abbatibus ejus remisimus, et successores nostros in caritate Dei
10 commonemus et obsecramus, ut quod tam pro illorum quam pro nostra salute fecimus, ratum et inviolatum saepedictae ecclesiae et monachis inibi Deo militantibus benigne conservent. Interdicimus quoque, sub anathematis maledictione et verbi nostri et sigilli confirmatione, ne quis, vel decanus vel
15 episcopalis minister, a supradictis altaribus quicquam praeter quod supra posuimus, exigere praesumat : excepto quod debita vina solvant, Cameracensia scilicet II sextaria VIII denariorum; Hainoensia autem, unumquodque per annum tria sextaria XVIII denariorum.

20 Actum est hoc apud Novum Castellum, anno Verbi incarnati M. C. XXII, indictione XV, et datum manu mea super altare sancti Andreae, VII cal. novembris, quando curtim imperatoriam adibam.

Et confirmatum Cameraci post reditum meum, IIII nonas
25 junii, coram legalibus tam clericis quam laicis viris, quos hujus rei testes adhibui. S. archidiaconorum Johannis, Anselmi,

---

(1) Germignies, dépendance de Pottes. Voir l'acte précédent.

(2) Hérinnes, arrondissement de Tournai, canton de Celles.

(3) Preux-au-Bois, arrondissement d'Avesnes, canton de Lan-
30 drecies.

(4) Bazuel, arrondissement de Cambrai, canton du Cateau.

(5) Ruesnes, arrondissement d'Avesnes, canton du Quesnoy.

26 oct. 1122 -2 juin 1123 Rodulfi. S. abbatum domni Fulberti, domni Ernaldi Hunocurtensis, domni Raineri Lessiensis. S. Erleboldi praepositi. S. Oilardi decani, Roberti cantoris, Werinbaldi cancellarii. S. laicorum Walteri Tonitrui, Rodulfi de Rumili, Oilardi villici, Widrici fratis ejus, Gerardi infantis, Gerardi praepositi. Haec nostrae constitutionis scripta a fidelibus Dei obnixe petimus observari et conservantes aeterna gloria munerari, amen. Ego W. cancellarius subscripsi.

24 novembre 1126 — 2 juin 1127.

24 nov. 1126 -2 juin 1127 BURCHARD, ÉVÊQUE DE CAMBRAI, RELATE LA FORME EN LAQUELLE GOSSUIN D'AVESNES, ARRIVÉ A LA FIN DE SA VIE, RESTITUE A L'ABBAYE DE SAINT-ANDRÉ L'AVOUERIE DU VILLAGE D'AUDREGNIES.

Original, sceau disparu, fonds de l'abbaye de Saint-André du Cateau, à Lille.

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Ego Burchardus, Dei miseratione Cameracensium episcopus, notum esse volo cunctis Dei fidelibus, quod, dum Gosevinus apud Avesnes egrotare cepisset languore quo ex hac vita substractus est, frater Dodo, abbas sancti Andree de Novo Castello, ante eum veniens, inter aliquas de salute anime ejus commonitiones, oportune eum redarguere cepit, ut vel tandem resipiscendo peniteret quod advocatiam de villa sancti Andree que est Aldreneis (2) injuste sibi usurpasset et pene eam devastasset, cum nec ab eo nec a parentibus ejus supradicta villa in jus

(1) Nous avions, dans nos *Recherches*, etc., p. 538, note, fixé la date de la mort de Gossuin d'Avesnes à 1127 ou 1128; le présent acte montre qu'il mourut en 1126.

(2) Audregnies, arrondissement de Mons, canton de Dour.

ecclesie sancti Andree devenisset, sed potius domnus Lietbertus episcopus a quodam nobili viro, Godescaldo de Hosbere, adquisitam eidem ecclesie contulisset. Ad haec Gozevinus, in abbatem respiciens, accepta festuca de manu uxoris sue Agnetis, ad hoc ipsum benigne eum adhortantis : « En, inquit, » advocatiam ipsam sancto Andree et vobis omnino quietam » clamo, et super his que de hac peccavi a congregatione vestra » absolutionem deposco ». Sic ait adstantibus et videntibus multis honorabilibus viris, domino scilicet Erlebaudo preposito Cameracensi et archidiacono, domino Widrico abbate Lesciense, qui in hoc adjutor satis laborabat, domno quoque Walberto abbate Altimontis, domno etiam Radulpho abbate Maricolensi; laïcis quoque Guntero de Moritania, Bernardo de Resbais, Olivero.

24 nov. 1126 - 2 juin 1127

His ita gestis, cum ingravescente morbo ipse Gozinus monachus fieri deberet, frater Rainerus, tunc supradicte ville Aldreneis minister, pro hoc ipso ibi, id est apud Avesnes, presens, per sepefatum abbatem ipsum commonuit ut quod ante de predicta advocatia fecerat, nunc coram his qui aderant recognoscens, verbo confirmaret, ut, si veraciter ad Dei servitium per habitum monachicum tenderet, prius omne onus deprimentis culpe disrumperet. Ad hec ille ipsi fratri R[ainero] manum porrigens et hec verba tercio replicans : « Quid amplius », inquit, « queritis? Jam omnino quietam clamavi, et » iterum clamo et per vos hoc donum ecclesie vestre transmitto ». Nomina testium legalium qui adfuerunt et viderunt hic subnotantur. S. ipsius domni W[idrici] abbatis. S. Alardi decani. S. Elberti presbyteri. S. laïcorum Gonteri de Cin, Walteri qui est Pulechees (1), Bernardi de Resbais, Oliveri, et aliorum multorum.

---

(1) Gautier d'Oisy, neveu de Gossuin, à qui il succéda dans la seigneurie d'Avesnes, était surnommé *Pulcher* ou *Pelukel*.

24 nov. 1126 -2 juin 1127 Quoniam autem nostrum est ecclesias Dei, et maxime ipsam ecclesiam sancti Andree, pro posse nostro tueri, supplicatione fratris Dodonis abbatis et totius congregationis, hanc descripte constitutionis cartam auctoritate verbi oris nostri et impressione sigilli nostri corroboramus. Et ne quis amplius predictam villam super hac re infestare presumat, violatorem gladio sancti Spiritus et maledictione excommunicationis, nisi cito resipiscat, ferimus; similiter quoque fratres ipsius congregationis, in capitulo suo, consensu nostro super hac re sententiam excommunicationis dederunt.

Actum est hoc apud Avesnes, anno dominice incarnationis M. C° XX° VI°, indictione III, VIII kal. decemb.; confirmatum vero Cameraci III non. junii.

XVI.

L'ABBAYE DE SAINT-MÉDARD DE SOISSONS.

L'abbaye de Saint-Médard possédait, au cours du moyen âge, certains biens dans le Namurois. Les actes suivants concernent ces possessions.

1152.

HENRI, ÉVÊQUE DE LIÉGE, ET AMAURY, ARCHIDIACRE DE HAINAUT, CONFIRMENT A L'ABBAYE DE SAINT-MÉDARD DE SOISSONS L'AUTEL D'HANZINNE, ET DÉCLARENT QU'ARNOULD DE MORIALMÉ A RENONCÉ A TOUS DROITS QU'IL PRÉTENDAIT SUR CET AUTEL (Charta H., Leodiensis episcopi, et Amalrici de personatu ecclesiae et capellarum de Hanzenis.) 1152

Cartulaire de l'abbaye de Saint-Médard de Soissons (*XVIIe siècle*), fol. 92, *aux Archives nationales, à Paris*, LL, n° 1021.

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Ego Henricus, Dei gratia Leodiensis episcopus, notum fieri volo tam presentibus quam futuris quod Theobaldus clericus coram nobis reddidit ecclesiae Sancti Medardi personatum et totum beneficium quod de eis tenebat in ecclesia de Hanzenis (1) et capellis ad

(1) Hanzinne, arrondissement de Dinant, canton de Walcourt. — M. Wauters a analysé, sous la date de 1148, des lettres de Wibald, abbé de Stavelot, informant le pape Eugène qu'un débat s'est élevé entre l'abbé de Saint-Médard et Baudouin, chanoine de Liége, au sujet des droits paroissiaux à Hanzinne et à Hanzinelle. *Table chronologique*, etc., t. II, p. 293.

1152 eam pertinentibus, totum, liberum et integrum, sicut illud de manu ecclesiae accepit. Ego vero Heinricus, tunc episcopus, et Amalricus, tunc temporis illius loci archidiaconus, confirmavimus ecclesiae Sancti Medardi illud possidendum et tenendum in manu sua in perpetuum, sicut videlicet quod assensu concilii atque decani honestum in ea presbyterum poneret, qui de manu ejusdem decani curam accipiat, et serviat ecclesiae, et respondeat in conciliis. Ecclesia autem de Hanzenis et monachus qui ibi praeerit ex parte Sancti Medardi respondebit in omnibus aliis, et de jure episcopi et de jure archidiaconi, sicut persona Ut autem hoc firmum et ratum sit, ego et praefatus archidiaconus litteris nostris et sigillis roboravimus, et in synodo generali confirmavimus. Volumus etiam notum fieri, quod Arnulfus de Morelli manso (1) pro injuriis quas fecit in Hanzenis, villa Sancti Medardi, ex precepto Domini ipse per nostram justitiam erat excommunicatus. Qui veniens ad ecclesiam Sancti Medardi quaesivit a domino Ingranno abbate et fratribus ipsius loci misericordiam, promittens de futuro emendationem. Cui dominus abbas et capitulum, tam compatientes ejus infamiae quam sperantes de facta promissione, fecerunt illi misericordiam, tali scilicet pacto quod ipse, in con-
fol. 93 spectu nostro et ‖ hominum nostrorum, abjuraret et abrenunciaret predictis injuriis; abjuravit itaque, fide etiam et juramento abrenunciavit, coram nobis et archidiacono et liberis hominibus nostris, talliis et gistiis, toltis et precibus, et omni exactioni, praeter rectam advocationem quam juste debet habere, et quod villam in ea libertate servaret qua tenuit eam Arnulfus, postea monachus, et post eum Godeschalcus de Galza. Hujus rei testes et obsides fuerunt, et fide et juramento cum illo firmaverunt Symeon de Tymeon, Bastianus de Girdinel, Guillelmus de Dongelberga, Tymer et filius ejus, et Pluvis

(1) Morialmé, arrondissement de Dinant, canton de Walcourt.

suus serviens; eo scilicet tenore quod, si ipse Arnulfus pactionis 1152
et juramenti hujus transgressor existeret, post tertiam sub-
monitionem et quindecim diebus ad quindecim, neque ser-
virent ei, neque juvarent eum, neque haberent se pro homi-
5 nibus ejus, quousque satisfactione congrua quod male egerat
emendaret. Si autem, ipso perseverante in malitia, usque ad
nos vel successores nostros clamor pervenerit, faciemus inde
justitiam sicut de transgressione juramenti, quod coram
nobis factum fuit. Actum apud Huy in palatio, coram me et
10 Amalrico archidiacono et liberis hominibus, anno ab incar-
natione Domini millesimo centesimo quinquagesimo secundo,
abbatis Ingranni quinto.

1160.

HENRI, ÉVÊQUE DE LIÉGE, FAIT CONNAITRE QUE L'ABBAYE DE SAINT- 1160
15 MÉDARD DE SOISSONS A RÉCUPÉRÉ LES BIENS QUE CERTAINS SEI-
GNEURS AVAIENT USURPÉS (Charta H. Leodiensis episcopi de
Hanzenis, de Toisoles, de Haurs et de Biscuels, cum appen-
ditiis earumdem).

Cartulaire de l'abbaye de Saint-Médard de Soissons, fol. 93,
20 *aux Archives nationales, à Paris,* LL., n° 1021.

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, amen. Ego
Henricus, Dei gratia secundus hujus nominis Leodiensis epis-
copus, notum volo fieri presentibus et futuris, quod ecclesia
Sancti Medardi, quae bonis suis in diocesi nostra diu privata
25 fuit, tandem diebus nostris, Deo cooperante, per nostram
industriam recuperavit. Godefridus namque de Arescot, qui
terram Sancti Medardi injuste et violenter tenuerat, pro qua
etiam ab ecclesia Romana et apud Sanctum Medardum fuerat
excommunicatus, penitentia ductus injustitiam suam recogno-

1160 vit, culpam dixit et Sancto Medardo medietatem de Hancines cum appenditiis suis, et quidquid in ea injuste usurpaverat, coram nobis et liberis hominibus integre reddidit. Fratres itaque ipsius monasterii possessiones quas Godefridus et antecessores sui disperserant, per nostrum auxilium congregare studentes, partem de Hancines, quam Godescalco de Morelli manso invadiaverant, redemerunt; partem de Toisoles (1), quam Libertus de Boischieres usurpaverat, per justitiam antecessoris nostri obtinuerunt; aliam partem, quam Balduinus de Molins et Nicolaus frater suus per Hugonem de Bevens tenebant, per manum ipsius Hugonis peccatum suum recognoscentis, quod injuste tenuerant, Sancto Medardo reddiderunt. Hauri (2) et Buiscuelles (3), quae Radulfus, qui et Paganus dictus est, injuste tenebat, per nostram justitiam excommunicatus, penitentiam agens Sancto Medardo terram suam libere reddidit; monachi autem, propter investituram, tertiam partem reditus et capellam cum presbyteratu in manu sua tenentes, duas partes reditus Wiberto filio ipsius Radulfi in vita sua tantum tenendas, remota totius successionis hereditate, indulserunt. Ut autem firmum sit et ratum permaneat, auctoritate Dei omnipotentis et nostra confirmamus, et sigilli nostri impressione roboramus. Actum anno Domini millesimo centesimo sexagesimo.

---

(1) Toisoul, dépendance de Saint-Gérard (?), arrondissement de Namur, canton de Fosse.

(2) Hour, arrondissement de Dinant, canton de Beauraing.

(3) Bioul (?), arrondissement et canton de Dinant.

1181-1190 (1).

ALBERT, PRÉVÔT ET ARCHIDIACRE DE LIÉGE, CONFIRME A L'ABBAYE DE SAINT-MÉDARD DE SOISSONS L'ÉGLISE D'HANZINNE. (Charta Alberti, praepositi et archidiaconi Leodiensis, qui confirmavit donum ecclesiae de Hanzienes et de presbytero ecclesiae). 1181-1190

Cartulaire de l'abbaye de Saint-Médard de Soissons, fol. 93, *aux Archives nationales, à Paris*, LL., n° 1021.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis, tam presentibus quam futuris in perpetuum. Ego Albertus, Dei gratia Leodiensis ecclesiae major prepositus et archidiaconus, confirmavi ecclesiae beati Medardi, possidendum et tenendum in perpetuum, quod a Henrico episcopo et praedecessore nostro Amalriço de ecclesia de Hanzinis, in archidiaconotu meo sita, traditum fuisse cognovi : videlicet quod monachus, qui ex parte Sancti Medardi ecclesiae de Hanzinis praeerit, honestum presbyterum in ecclesia ponet, qui de manu decani curam accipiat et serviat ecclesiae, et respondeat in conciliis; et monachus ibidem ex parte ecclesiae beati Medardi positus, in aliis omnibus loco personne praeerit.

---

(1) Albert succéda, vers 1177, à Amaury, dans l'archidiaconé de Hainaut; il est cité comme prévôt à partir de 1181 et il fut vice-évêque en 1190-1191. DE MARNEFFE, *Tableau chronologique des dignitaires du chapitre de Saint-Lambert à Liége*, dans les ANALECTES POUR SERVIR A L'HISTOIRE ECCLÉSIASTIQUE DE LA BELGIQUE, t. XXV, pp. 455 et suiv.

1190.

1190 ALBERT, PRÉVÔT, ARCHIDIACRE ET VICE-ÉVÊQUE DE LIÉGE, DÉCLARE QUE THIERRY DE GERPINNES A RESTITUÉ A L'ABBAYE DE SAINT-MÉDARD DE SOISSONS, UNE TERRE A HAUT-VILLERS. (Charta altera prepositi et archidiaconi Leodiensis, de terra quae est in Alto-Villari, quam Tyrricus de Gerpines et fratres ejus tradiderunt ecclesiae.)

Cartulaire de l'abbaye de Saint-Médard de Soissons, fol. 95, *aux Archives nationales, à Paris*, LL., n° 1021.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Notum sit tam presentibus quam futuris, quod Tirricus de Gerpines et fratres sui, Jacobus et Odelinus, terram quae est in Alto Villari, quam injuste adversus ecclesiam beati Medardi quae est in suburbio Suessionis reclamabant, divino instinctu compulsi in faciem Hancinensis ecclesiae, singulis et omnibus audientibus et videntibus,
fol. 96 ‖ werpierunt et exfestucaverunt. Ego autem Albertus, Dei gratia Leodiensis ecclesiae major prepositus, archidiaconus et vice episcopus, ab ipso praefato Tyrico, praedictorum fratrum primogenito, et a fratribus suis qui infirmitate detenti erant, ad nos Leodium transmisso, factum hoc recognovi, et utriusque partis petitione pulsatus sigilli domini Leodiensis cujus vice fungor et nostri sigilli impressione roboravi. Si quis autem hanc nostrae firmitudinis paginam et factum ausu temerario infringere ausus fuerit, ab omni fidelium consortio segregetur,

---

(1) Villers-deux-Églises ou Villers-en-Fagne (?), arrondissement de Dinant, canton de Philippeville.

et cum iniquis et reprobis in inferno inferiori deputetur. Huic 1190
rei interfuerunt sacerdotes de Gerpine, Walterus et Perardus nobiles, Arnoldus puer de Moriaumes, Renerus de Trith; de servientibus ecclesiae, Hugo, villicus de Summegies (1), Johannes li Saumiers, Renerus forestarius. Actum est hoc anno ab incarnatione Domini millesimo centesimo nonagesimo; presente magistro Gerardo. Scladiniensis ecclesiae canonico; subscribente Petro Namurcensi. Servantibus haec benedictio, infringentibus maledictio. Amen.

---

(1) Somzée (?), arrondissement de Dinant, canton de Walcourt.

XVII.

L'ABBAYE D'HOMBLIÈRES

L'abbaye d'Homblières, dans le Vermandois (1), eut peu de rapports avec notre territoire. Elle possédait toutefois quelques biens dans l'ancien Hainaut, aux environs de Landrecies.

1082-1092 (2).

1082-1092 ACTE CONSTATANT, ENTRE LES ABBAYES D'HOMBLIÈRES ET DE SAINT-ANDRÉ DU CATEAU, QUE L'AVOUERIE DE DINCHE, SUR LA SAMBRE, APPARTIENT A LA PREMIÈRE. (De advocatione villae quae Dediniacus dicitur.) 5

Cartulaire de l'abbaye d'Homblières, fol. 30, *à la Bibliothèque nationale, à Paris, ms. lat.,* n° 13911.

Nutu Dei cuncta regentis tam praesentium quam futurorum noscat peritia, quod advocationem cujusdam mansionilis, quod Dediniacus (3) dicitur, quodque supra fluvium Sambre infra 10 episcopium Cameracensem situm est, ab abbate Castelli fratres Humolarienses taliter obtinuisse probamus. Quia enim idem abbas ipsam advocationem alibi locare volebat, et fere totius praedii illius reditus praedictae ecclesiae, scilicet Humolariensi, a progenitoribus almificae virginis Hunegundis, quae illic cor- 15 pore quiescit, obveniebat incommodum, nobis visum est, si

(1) Arrondissement et canton de Saint-Quentin (Aisne).

(2) Geoffroy fut abbé de Saint-André de 1082 à 1118; l'évêque de Cambrai, Gérard II, tint le siège de 1076 à 1092.

(3) Dinche, dépendance de Prisches, arrondissement d'Avesnes, 20 canton de Landrecies. Voir nos *Recherches,* p. 166.

quoquomodo laica persona eam usurparet, nobisque moles- 1082-1092
tiam inflerret. Unde, communi accepto consilio, centum solidos appendimus, ea scilicet pactione ut si quis, quod absit, malefactor quasi ex antecessorum dimissione eam invaserit,
5 ipse jam memoratus abbas liberam et sine contradictione faciat. Actum est apud Castellum in capitulo fratrum Sancti Andreae, praesente domino Gerardo episcopo, necnon ipsius loci abbate Goiffredo. Signum Elfridi decani. S. Adelardi praepositi. S. Balduini praepositi. S. Hugonis de Friscoldo. S. Hugonis
10 majoris de Solemnis. S. Joannis de Humuncaio. S. Alerani militis. De nostris fuerunt Rogerius de Fraxiniaco, Vivianus de Merificurte, Ulmundus de Humbleriis. Item signa monachorum Humolariensium qui illic interfuerunt, Erleboldi scilicet decani, Heldradi aeditui, et Joannis praepositi.

15 Vers 1159.

HUGUES, ABBÉ DE SAINT-AMAND, ADRESSE SES CONSOLATIONS AUX MOINES D'HOMBLIÈRES, AU SUJET DE LA MORT DE LEUR ABBÉ. (II., abbas S. Amandi, Humolarienses consolatur de morte sui abbatis.) Vers 1159

20 *Cartulaire de l'abbaye d'Homblières*, fol. 99, *à la Bibliothèque nationale, à Paris, ms. lat.*, n° 13911.

Frater H[ugo], humilis minister ecclesiae sancti Amandi, carissimo sibi priori H[uberto], dilectissimis etiam fratribus Humolariensis monasterii, pusillis cum majoribus spiritum con-
25 silii, cum spiritu consolationis. Verissima est illa beati apostoli sententia, quoniam cum patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra. Siquidem, quoniam sumus invicem membra quadam speciali subministratione per gratiam Dei connexa,

---

(1) Hugues fut abbé de Saint-Amand de 1152 à 1164. Il avait été abbé d'Homblières.

Vers 1159 non possum mihi imperare quin doleam, cum angelicum vestrum conventum dolere scio; non possum ab animo meo avertere dolorem, quin mei desolationem lugeam, cum vestri desolationem audio. Nec dissimulare possum, quin mihi sit dulcior affectus et sincerior ad vos dilectio, quibus olim, etsi indignus servus, ordinatus sum, pastoralis regiminis sollicitudinem exhibere, quin etiam fuistis gaudium meum et corona mea, cum essem in medio vestrum sicut qui ministrat. Et ego, audito nuntio, quod cordi meo grave vulnus inflixit, de obitu mihi admodum carissimi, et jam non sine lachrymis memorandi domini abbatis G[uarini], laboriosas actiones et anxias occupationes, quas Lia lippiens mihi pro Rachel servienti importune suggerit, omnimodis abjecceram commentum, et ad vestrum religiosum, si quomodo possem consolandum ire disposueram, cum ecce dominus noster Tornacensium episcopus (1), molestia corporali ad mortis usque exitum, ut putatur, laborans, non equo, sed navi ad ecclesiam nostram adductus est. Intelligit autem prudentia vestra quod nulla ratione subterfugiendum, sed omnimodis congruum et dignum fuit, ut eum praesentes exciperemus, et ei necessaria tanquam episcopo nostro et excellentissimae religionis monacho diligenter provideremus. Porro nos et fratres nostri pro nobis divinae majestati orationum odoramenta adolere curabimus, et ut in eligendo vobis pastore, cooperante Spiritus sancti gratia, recta sapiatis, et recta faciatis obnixius deprecabimur. Quod si ipsam electionem oportuniori tempori reservare volueritis, transacta proxima feria quarta, Deo propitio, humilitatem nostram presentem habebitis. Valete.

---

(1) Gérard, évêque de Tournai. Il avait été abbé de Villers.

XVIII.

L'ABBAYE DU SAINT-SÉPULCRE DE CAMBRAI.

L'abbaye du Saint-Sépulcre, à Cambrai, fut fondée en 1064 par l'évêque Liébert, et ses biens lui furent confirmés, en 1075, par le pape Grégoire VII, et en 1109 par le pape Paschal (1). Elle reçut, en 1070, de l'évêque Liébert les autels d'Overboulaere et de Brugelette (2). L'évêque Gérard II lui donna, en 1079 et 1090, les autels de Leeuw-Saint-Pierre et de Nieuwenhove, et l'évêque Nicolas, en 1138, l'autel de Tourneppe (3). Elle fut gratifiée, le 20 décembre 1134, par Godefroid Ier de Brabant, d'un alleu de trois bonniers hors de la Steenporte, à Bruxelles, avec un oratoire qui devint l'église de la Chapelle (4).

La bulle suivante confirme spécialement ces dernières acquisitions.

---

(1) Miræus, t. I, p. 155; Le Glay, *Revue*, etc., p. 24; Pflugk-Harttung, *Acta pontificum romanorum inedita*, pp. 47 et 100.

(2) Nos *Recherches*, etc., p. 410.

(3) Miræus, t. I, pp. 665 et 687, et mieux dans Le Glay, *Revue*, etc., pp. 54 et 60; nos *Recherches*, etc., p. 453; Wauters, *Histoire des environs de Bruxelles*, t. I, p. 88.

(4) Miræus, t. I, pp. 174, 690 et 691; t. IV, pp. 199 et 513; Henne et Wauters, *Histoire de Bruxelles*, t. III, p. 443.

19 février 1142.

19 février 1142 — LE PAPE INNOCENT II CONFIRME LES POSSESSIONS DE L'ABBAYE DU SAINT-SÉPULCRE DE CAMBRAI.

Cartulaire de l'abbaye du Saint-Sépulcre de Cambrai, fol. 7, verso, *à Lille.*

Innocentius episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Parvino, abbati monasterii Sancti-Sepulcri Cameracensis, ejusque successoribus regulariter substituendis, imperpetuum. Desiderium, quod ad religionis propositum et animarum salutem pertinens monstratur, animo nos decet libenti concedere et competentium desideriis congruum impartiri suffragium. Eapropter, dilecte in Domino fili Parvine abba, tuis justis postulationibus clementer annuimus, et prefatum Sancti Sepulcri monasterium, cui Deo auctore preesse dignosceris, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et presentis scripti privilegio communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium in presentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis Deo propitio poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis : ecclesiam sancti Martini que abbacia dicitur (1), cum omnibus appendiciis; ecclesiam sancte Marie Magdalene cum altari, ecclesiam sancti Georgii cum altari et appendiciis suis, capellam sancti Nicholai (2); forum

(1) « *In suburbio Cameracensis civitatis, abbatia sancti Martini*, dit l'acte de fondation de l'abbaye en 1064 (MIRÆUS, t. I, p. 155).

(2) Églises à Cambrai.

in dedicatione Sancti Sepulcri; minutum theloneum, cambas et plura curtilia cum districto toto; terras arabiles circa Cameracum, quas cambivit Liebertus episcopus ab abbate Waldrico Sancti Andree cum aliis pluribus; in Cameracensi suburbio, molendinum unum; apud villam Puerorum (1), molendinum unum et dimidium, cum districtu, et omnem piscationem que inter hec molendina est; apud Nigellam (2), molendinum unum cum districtu. In pago Cameracensi, omnem villam Sancti Hillarii (3) cum altari et districtu toto; de villa Rothlancourt (4) terciam partem cum districtu; ecclesiam et altare de Salegio (5) cum appendiciis; ecclesiam et altare de Thun (6) cum appendiciis suis; altare de Manieriis (7) cum appendiciis suis; in villa de Relincurte (8) curtilia et terram arabilem; in villa Blahicurte (9) duas partes unius cambe et curtilia et terram arabilem; in villa de Bantineis (10), in Hera (11), Ramcliis (12), Morenceis (13), Collegio (14), Ollevilla (15), Solo-

19 février 1142

(1) Proville, arrondissement et canton de Cambrai.

(2) Noyelle, arrondissement de Cambrai, canton de Marcoing.

(3) Saint-Hilaire, arrondissement de Cambrai, canton de Carnières.

(4) Roclincourt (?), arrondissement et canton d'Arras (Pas-de-Calais). On trouve un Rollancourt, arrondissement de Saint-Pol, canton du Parcq, aussi dans le Pas-de-Calais.

(5) Sailly, arrondissement et canton de Cambrai.

(6) Thun-Saint-Martin, arrondissement et canton de Cambrai.

(7) Masnières, arrondissement de Cambrai, canton de Marcoing.

(8) Raillencourt, arrondissement et canton de Cambrai.

(9) Blécourt, arrondissement et canton de Cambrai.

(10) Bantigny, arrondissement et canton de Cambrai.

(11) Erre, hameau de Ramillies.

(12) Ramillies, arrondissement et canton de Cambrai.

(13) Morenchies, arrondissement et canton de Cambrai.

(14) *Collerio* (1064), *Colreyio* (1109), Caullery, arrondissement de Cambrai, canton de Clary.

(15) Ovillers à Solesmes, canton de ce nom, arrondissement de Cambrai.

19 février 1142 bria (1), Marconio (2), et apud Vtereslis (3), curtilia et terras arabiles; apud Busserias (4) mansum unum cum districtu et terram arabilem; dimidium de Gatineis (5). In pago de Hainau, Villerellum (6) cum districtu et ecclesiam et altare cum appendiciis suis, salvo episcopali redditu, qui est duodecim denariorum; terram quoque de Vehut (7) et silvam cum districto; villam que dicitur Niwehova (8) cum districto, et ecclesiam, et altare cum appendiciis suis liberum ab omni debito preter XII denarios. In pago Lethgii, altare de Villanis (9) cum appendiciis suis; altare de Genaincurte (10); altare de Warluis (11), salvo episcopali redditu qui est XII denariorum; altare de Boulari (12) cum appendiciis suis, salvo episcopali redditu qui est quinque solidorum; altare de Brugelettis (13) cum appendiciis suis, et multa familia; capellam

---

(1) Lieu inconnu.

(2) Marcoing, canton de ce nom, arrondissement de Cambrai.

(3) Viesly, arrondissement de Cambrai, canton de Solesmes.

(4) Boursies, arrondissement de Cambrai, canton de Marcoing.

(5) Gatigny à Maretz, arrondissement de Cambrai, canton de Clary.

(6) Villereau, arrondissement d'Avesnes, canton du Quesnoy.

(7) Ferme de Vult, à Villers-Pol, arrondissement d'Avesnes, canton du Quesnoy.

(8) Nieuwenhove, arrondissement d'Audenarde, canton de Grammont.

(9) Violaines, arrondissement de Béthune, canton de Cambrin (Pas-de-Calais). Cette localité du *pagus Leticus* n'est pas citée par M. Vanderkindere.

(10) Graincourt, arrondissement d'Arras, canton de Marquion.

(11) Warlus, arrondissement d'Arras, canton de Beaumetz-les-Loges.

(12) Overboulaere, arrondissement d'Audenarde, canton de Grammont.

(13) Brugelette, arrondissement de Mons, canton de Chièvres.

videlicet sancti Gaugerici (1), capellam de Ytrebecca (2), capellam de Ruchebroch (3), capellam de Roth (4), domum Basteie (5) cum appendiciis suis; altare de Tornepia (6). Confirmamus etiam vobis capellam beate Marie (7) Bruxelle contiguam, monachorum ordinationem, presbitorum portionem, in eadem capella, sicut vobis concessum est a Balduino decano et ceteris sancte Gudille canonicis (8); allodium circa capellam quod illustris et gloriosus Lotharingie dux Godefridus vobis concessit; duas partes decime de Handello (9), et omnia que jam sunt eidem capelle collata, in aquis, agris, pratis, silvis, vel in posterum conferenda sunt; terciam partem decime de Roth cum plurimo allodio; duo molendinia juxta Roth; domum Rainbaldi clerici de Lewes (10), cum procinctu totius curtis; juxta Cameracum, terragium unius caruce liberum quod Rumoldus miles tenebat; Abbatis villam (11) cum districto toto; altare de Quievi (12) cum appendiciis suis, Castinieris (13) et Hepeniis (14); omnes sartes nemoris, Nierni (15), Monste- 19 février 1142

(1) Lieu inconnu.

(2) Itterbeek, arrondissement de Bruxelles, canton d'Anderlecht.

(3) Ruysbroeck, arrondissement de Bruxelles, canton d'Uccle.

(4) *Roz* (1138). Rhode-Sainte-Genèse (?), canton d'Uccle; ou Rhode, dépendance d'Alsemberg.

(5) Lieu inconnu.

(6) Tourneppe, arrondissement de Bruxelles, canton de Hal.

(7) L'église de la Chapelle, à Bruxelles.

(8) Voir Miræus, t. IV, p. 513.

(9) *Hundeslo* (1138 et 1141). Lieu inconnu.

(10) Leeuw-Saint-Pierre, arrondissement de Bruxelles, canton de Hal.

(11) Abbeville, lieu à Cambrai.

(12) Quievy, arrondissement de Cambrai, canton de Carnières.

(13) Cattenières, arrondissement de Cambrai, canton de Carnières.

(14) Helpignies, ancienne dépendance de Quievy.

(15) Niergnies, arrondissement et canton de Cambrai.

19 février 1142 rioli (1) pratum cum districto toto; capellam sancti Jacobi et sancti Egidii et plurima curtilia cum districto. Crisma vero, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum qui ad sacros ordines fuerint promovendi a dyocesano suscipientur episcopo, siquidem catholicus fuerit et gratiam atque communionem Sedis apostolice habuerit, et ea gratis et absque ulla pravitate vobis voluerit exhibere; alioquin liceat vobis catholicum quemcumque malueritis adire antistitem, qui nimirum nostra fultus auctoritate quod postulatur indulgeat. Obeunte vero te nunc ejusdem loci abbate vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subrepcionis astucia, vel violencia preponatur; sed liceat vobis communi consilio vel parti consilii sanioris, secundum Dei timorem et beati Benedicti regulam, absque ullius contradictione abbatem eligere. Statuimus etiam, ut in parrochialibus ecclesiis, que ad vestrum monasterium pertinent, presbiteros eligatis et episcopo presentetis quibus, si ydonei fuerint et canonice reprobari non potuerint, idem episcopus animarum curam eis committat, ut de plebis quidem cura sibi respondeant, vobis vero pro rebus temporalibus debitam subjectionem exhibeant. Decernimus ergo ut nulli omnino homini liceat prefatum monasterium vel ecclesias ad ipsum pertinentes temere perturbare, aut ejus bona vel possessiones aufferre, retinere, minuere, seu quibuslibet indebitis exactionibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernacione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva Cameracensis episcopi canonica justicia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo terciove commonita si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat,

(1) Dépendance de Proville.

reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et domini redemptoris nostri Jhesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte ulcioni subjaceat; cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax domini nostri Jhesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant, et apud districtum judicem premium eterne pacis inveniant. Amen. 19 février 1142

Ego Innocentius, catholice ecclesie episcopus.

Ego Martinus, presbiter cardinalis tituli sancti Stephani in Celiomonte. Ego Albericus, Hostiensis episcopus. Ego Gregorius, dyaconus cardinalis sanctorum Sergii et Bachi. Ego Guido, sancte Romane eeclesie indignus sacerdos. Ego Stephanus, Prenestinus episcopus. Ego Goizo, presbiter cardinalis tituli sancte Cecilie. Ego Thomas, presbiter cardinalis tituli Vestine. Ego Hubaldus, presbiter cardinalis tituli sancte Praxedis. Ego Hubaldus, presbiter cardinalis tituli Pamachii. Ego Hubaldus, dyaconus cardinalis sancte Marie in via lata. Ego Guido, sancte Romane ecclesie dyaconus cardinalis. Ego Petrus, dyaconus cardinalis sancte Marie in Porticu.

Datum Lateranis, per manum Gerardi, sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et bibliothecarii, XI° kalendas martii, indictione quinta, incarnationis dominice anno M° C° XLI°, pontificatus vero domini Innocentii pape II, anno XIII°.

On conserve à Lille, dans les archives de l'abbaye, plusieurs feuillets détachés d'un registre, d'une écriture du XIIe siècle, et qui contenait le relevé des revenus de l'abbaye dans les diverses localités où elle avait des biens. C'est dans ces feuillets que nous avons puisé le document suivant.

XIIe siècle.

XIIe siècle. ÉTAT DES CENS PAYÉS A L'ÉGLISE DE LA CHAPELLE A BRUXELLES.

Pièce en parchemin, XIIe siècle, fonds de l'abbaye du Saint-Sépulcre, à Lille.

Annotatio census ad ecclesiam capellam beate Marie de Bruxella pertinensis. Henricus, v solidos de ii obolis. In primis illorum qui infra oppidum manent curtilibus, de uno iii, de altero ii^os. Henricus Pulu, xiii^cim denarios. Heleuvigis, xii^cim. Amelricus textor, xvi^cim denarios. Francobonus, vi. Alemmus, xxviii. Summa de oppido, de his circa capellam... xi^cim solidi et iii^or denarii.

Godescalus, xl den. Rochardus, xii^cim den. Franco, iii solidos. Gillebertus de Vivario, xiii^cim den. Arnoldus, xx^ti vi den. Albertus Longus, xiii^cim den. Gerberga, xii^cim den. Buemandus sutor, xiii^cim den. Godescalcus, xx^ti den. Reinardus de Lachis, xxx^ta iii^or den. Albertus de Peh, xx^ti viii^to den. Uscelinus, ii^os solid. Walterus, xx^ti viii^to den. Gozuinus, xx^ti vi den. Lantbertus, xx^ti vi den. Ricardus, ii^os sol. Reibaldus, ii^os sol. Giselbertus, ii^os sol. Reinardus, iii sol. Aledis, xiii^ci den. Lantbertus pellifex, xx den. Tisselinus, xx den. Reinsuendis, xx den. Heleuvigis, xx den. Godezo, xx^ti den. Alardus, xviii den. Walterus de ii^obus curtilibus, iii^or sol. Fulbertus, ii^os sol. Gerardus, iii sol. Altanus, xx^ti vii^tem den. Gisla, xx^ti vii^tem den. Ingebertus, xvi den. Fredeburgis, xii^cim den. Gozuinus, xvi den. Nevelunc, xx den. Duduius, xx den. Emegardis, xii^cim den. Agot, xv den. Walterufus, xx^ti vi den. Balduinus, xx^ti vi den. Gozuinus calvus, xx den. Strotus, xxviii den. Arnoldus, xx^ti viii den. Gozuinus, xxviii den. Magister Walterus, xxviii den. Henricus, xxviii den. Heldegardis, xx^ti viii den. Lantbertus faber, xxviii den. Heldelinus, xxviii den. Gozuinus hienis (?),

III sol. Ingelbertus, XXX den. Meizo, III sol. Boidinus, III sol. XIIe siècle.
Gozuinus, III sol. Aua, XXX den. Balduinus, II sol. Escelinus,
XXX den. Hescelinus, III sol. Arnoldus, III sol. Alardus, III sol.
Summa de Capella, sex libre VIItem solid.

5 Hi sunt qui curtilia sancte Marie de Capella Bruxellensi tenent, et hic est census quem annuatim persolvere debent. Emmelinus de Watremale debet IIos sol. et I caponem. Badeloch, XII den. et IIos capones. Euvruinus, III sol. Oda viova, XVIII den. Theinradus, IIos sol. et IIIIor den. Balduinus cementarius,
10 II sol. IIIIor den. Baldricus Clapart, II sol. et IIIIor den. Ascelinus, III sol. et III den. Magister Walterus, II sol. et IIIIor den. Fulbertus, II sol. et X den. Hildegardis, II sol. et X den. Godebertus, III sol. et VIII den. Tietdo, II sol. et IIIIor den. Balduinus de Peetde, III sol. Balduinus carpentarius, III sol. Baldericus
15 textor, III sol. Gislebertus carpentarius, III sol. Albertus textor, III sol.

Menso, II sol. et IIIIor den. Wigerus, XIIII den. Witrannus, XIII den. Gislebertus, XX den. Engelbertus, XX den. Ernulfus, XX den. Rodulfus, XII den. Gozelinus, VI den. Ernulfus sutor,
20 X den. Johannes faber, II sol. et III den. Vicelinus, II sol. et II den. Gislebertus, XIIII den.

Lietbertus, II sol. et II den. Curtile ibi juxta, XII den. Eno, II sol. et II den. Heseelo, XIIII den.

Ernulfus, III sol. Rembaldus de Peetde, III sol. Uscelinus,
25 III sol. et III den. Balduinus joculator, XIIII den. Wenechinus, XIIII den. Walterus, XX den. Onulfus textor, XX den. Rembaldus, XVII den. Ernulfus, XXVI den. Ermenaldus, XX den. Gosuinus, XX den. Uxor Egenoti, XX et VIII den. Offridus, XVI den. Albertus, XL den. Alestanus, XIIII den. Remso Winne, X den. Franco, II sol. et III den.

Heller, qui a réédité, dans les *Monumenta Germaniae historica,* les généalogies des ducs de Brabant, en place la rédaction un peu après 1268, époque à laquelle Jean I obtint le duché de Brabant (1). On écrivit alors, sans doute dans l'abbaye d'Afflighem, l'histoire des ducs, en les rattachant à la race des rois carlovingiens, et même aux mérovingiens.

Dans les cartons de l'abbaye du Saint-Sépulcre on trouve, écrite au XIVe siècle et fort abrégée, l'une de ces généalogies, provenant vraisemblablement de la prévôté de la Chapelle, à Bruxelles.

Le texte s'arrête à Jean III (1312-1355). Il présente un médiocre intérêt et ne fournit rien qui ne soit connu. Nous en donnerons la partie qui concerne la descendance de Charles de France, duc de Basse-Lorraine, héritier du trône de France et qui fut évincé par Hugues Capet en 987.

XIVe SIÈCLE.

XIVe siècle. GÉNÉALOGIE DES DUCS DE BRABANT.

Rouleau en parchemin, fonds de l'abbaye du Saint-Sépulcre, carton n° 1.

... Ludovicus genuit Karolum, ducem Lotharingie et Brabantie, qui amisit Franciam, que ei debebatur ex prima hereditate et avita successione. Hic cessavit stirps Karoli magni

(1) *MGH.,* etc., t. XXV, p. 385. Voir aussi le travail de M. Bormans, publié en 1869 sur ces généalogies. *CRH.,* 4e série, t. X, pp. 65 et suiv.

regnare in Francia, sed principando remansit in Brabantia ex XIVe siècle
qua originem traxit. Karolus dux genuit Gerbergam, comitissam Bruccellensem; Gerberga genuit Henricum, comitem Bruccellensem seniorem; Henricus genuit comitem Lambertum Bruccellensem; Lambertus genuit Henricum, comitem Lovaniensem, qui occisus est in domo sua. Hic genuit Henricum, comitem Lovaniensem. Henricus genuit Godefridum cum barba, Lotharingie et Brabantie ducem. Godefridus genuit secundum Godefridum, ducem Lotharingie. Godefridus genuit tercium Godefridum, ducem Lotharingie. Godefridus genuit Henricum seniorem, ducem Lotharingie. Henricus genuit secundum Henricum, ducem Lotharingie. Henricus genuit tercium Henricum, ducem Lotharingie. Qui genuit Johannem, hujus nominis primum, ducem Lotharingie, qui dux effectus et marchio regni, nec non et advocatus Aquisgrani, propter impotentiam Henrici fratris sui primogeniti, anno domini M° CC° LXVIII°, nec non et dux Lemburgis; qui genuit Johannem hujus nominis secundum ducem. Johannes genuit tercium Johannem, ducem Lotharingie, Brabantie ac Lemburgis, et marchionem sancti Imperii.

XIX

L'ABBAYE D'ANCHIN ET SES PRIEURÉS D'HESDIN ET D'AYMERIES.

L'abbaye d'Anchin fut fondée, en 1079, par Gérard II, évêque de Cambrai, dans le village de Pesquencourt, arrondissement de Douai, canton de Marchiennes.

L'abbaye reçut en 1094, d'Enguerrand, seigneur d'Hesdin, l'église de Saint-Georges en cette ville, et la donation lui fut confirmée par Robert II, comte de Flandre, entre 1094 et 1096 (1). Cette possession fut érigée en prieuré, en 1096, par Manassès, archevêque de Reims (2).

Le monastère possédait un autre prieuré à Aymeries, dans l'ancien Hainaut, aujourd'hui arrondissement d'Avesnes, canton de Berlaimont. Ermengarde de Mons avait, dans la seconde moitié du XIe siècle, doté l'église de ce lieu, que l'évêque Gérard II unit, en 1088, à l'abbaye

---

(1) La charte de Robert a été publiée, d'après l'original, dans *CRII.*, 1re série, t. III, p. 285. L'auteur de la publication et WAUTERS (*Table chronologique*, etc., t. I, p. 563) donnent à cet acte la date de 1086; mais elle doit être reportée aux années 1094-1096 : l'acte cite en effet l'abbé d'Anchin, Haimeric, qui n'occupa le siège abbatial qu'à partir de 1088; et d'autre part, la donation d'Enguerrand que confirme le comte et que nous publions est de 1094; la confirmation est enfin citée dans l'acte de fondation du prieuré, en 1096. Il s'agit donc dans cet acte de Robert II, et non de Robert le Frison, qui mourut en 1093.

(2) ESCALLIER, *Histoire de l'abbaye d'Anchin*, p. 32.

d'Anchin, en présence du comte Baudouin de Hainaut et des deux fils d'Ermengarde, Gossuin et Isembard de Mons (1).

Parmi les bienfaiteurs du prieuré d'Aymeries, il faut citer les sires de Berlaimont, qui avaient leur château-fort à Aulnoye, village voisin; une léproserie, établie à Berlaimont, fut spécialement dotée par eux (2).

1094.

ENGUERRAND, SEIGNEUR D'HESDIN, DONNE A L'ABBAYE D'ANCHIN L'ÉGLISE DE SAINT-GEORGES, A HESDIN. 1094

Copie du XIIe siècle, fonds de l'abbaye d'Anchin, à Lille. A. — *Cartulaire du prieuré de Saint-Georges d'Hesdin, in-folio (XIIIe siècle)*, fol. 1, *à Lille* B. — *Autre cartulaire*, in-4°, fol. 12. C. — *Collection de Picardie*, t. CCXXXIV, fol. 7, *à la Bibliothèque nationale, à Paris, d'après ce dernier cartulaire. D.*

In nomine sancte et individue Trinitatis, omnibus soli Deo servientibus, Enguerrannus, sic hujus mundi vanitatem transcurrere ut inde gaudium celeste a Domino mereantur accipere. Quoniam Deum ac Dominum nostrum de omnibus que gerimus justum judicem venturum, et juxta nostrorum merita operum unicuique penas vel premia retributurum credimus,

(1) MIRÆUS, t. III, p. 307; ESCALLIER, p. 27. — En 1177, Alard, évêque de Cambrai, met fin à une contestation qui s'était élevée, au sujet d'Aymeries, entre l'abbaye et Béatrice de Boussu, veuve d'un Gossuin de Mons. ESCALLIER, p. 126; nos *Recherches*, etc., p. 612.

(2) En 1189, Mathilde, dame de Berlaimont et son fils Gilles font donation au prieuré de terres appelées Lagvbos, Longue-épine et Lyvate. ESCALLIER, p. 132.

1094 justum est ut eum, de facultatibus ab eo nobis commissis, in ecclesiarum reedificatione honorificemus, ipso per Aggeum dicente : ascendite in montem, portate lignum, et edificate domum, et acceptabilis michi erit et glorificabor. Quapropter ego Ingelrannus ecclesiam sancti Georgii, sitam juxta hoc castrum Hisdin (1), dolens multo tempore divini celebratione sacramenti caruisse, divina ammonitus inspiratione, et Mathildis mee conjugis fideliumque meorum persuasus amonitione, Gerardi quoque Teruanensis episcopi, a quo illam, sicut alias etiam quasdam in feodum possideo, et clericorum suorum consensu et voluntate, ecclesie sancti Salvatoris de Aquicincto in cellam jure perpetuo possidendam attribuo; eo tenore, ut de Aquicinensis cenobii fratribus ibi tot monachi habeantur, quot facultas rerum sancto Georgio datarum admiserit. Et ut fratres, in monasterio eodem manentes, Deo diligentius necessaria humane vite habentes serviant, hec que subscripta sunt, conjugis mee Mathildis consilio, eorum usibus dono : silvam de Pumeroia [a] liberam; vineam meam, vallem de Ponpri [b]; curtile Walteri filii David et terram patris ejus; terram Roberti; terram Stehardi; terram Godefridi Hurlun; terram Bernulfi; terram Rodulfi de Burgeth [c]; Humluncam, LX solidos de redditu quadrigarum omni anno, ita ut in die Pasche incipiant recipere, et tamdiu totum quadrigarum redditum teneant, quousque LX solidos habeant; aquam ad piscandum; et omnes silvas meas ad monasterium, ad domos faciendas, ad focum et ad omnia necessaria monasterii; pascua quoque ubique terre mee in silvis, in nemoribus, in campis, in aquis omnino

a. Pruneroia. D.
b. Punpri. D.
c. Burgetti. D.
d. alteris.

(1) Hesdin, canton de ce nom, arrondissement de Montreuil (Pas-de-Calais)

ubique, propriis porcis et animalibus eorum, sibique servientium omni tempore gratis et sine aliquo redditu concedo. Omnes vero qui in terra eorum manserint, vel mansuri venerint, liberos ab omni teloneo vel redditu, vel exactione facio; nec umquam per me vel per alium justificabuntur, nisi ubi male factum fecerint intercepti fuerint; et quamvis sancto Georgio omnes silvas meas ad omnia monasterii necessaria et pascuas propriis animalibus eorum gratis concesserim, non tamen aliter [d] hominibus sancti Georgii quam meis concedo. Que autem subscripta sunt homines mei meo consensu contulerunt : Hugo Estels quam emit a Nicholao culturam dedit. Arnulfus de Hesdin, molendinum de Puinta [a] et duas cambas, atque culturam de Porpri [b]; Bruile et Poteirval, et curtile apud Ponpri [c]; Alardus, curtile Roberti, campum de cruce Andreae, sicut ipse tenuit. Hugo, filius Winnoldi, curtile Alboldi; Balduinus, filius Ascelini, II curtilia Hugonis et Alheri et terram Behissart [d], sic[ut] ipse tenuit; Rodulfus Tenevel, culturam quam habuit versus Pompri [e]; Alelmus de Brasli, II curtilia, et I avesnam versus Sanctum Quintinum, et I versus Quarinam [f] Ingelboldus de Caisnoit [g], II partes altaris et atrii de Mozelimomonte, concedente Nicholao, et fratribus, et matre, a quibus ipse tenuit; Walterus, filius Balduini, duo curtilia et dimidium veir ad Albin; Oilardus et filii et uxor ejus terram de Wastenois, sicut ipse tenuit.

Si autem quispiam hominum meorum sancto Georgio aliquid, quod a me possedet, donare voluerit, similiter quoque libere concedo.

a. Puinea. D.
b. Punpri. D.
c. Pumpri. D.
d. Bheisarth. D.
e. Pumpri. D.
f. Gueririnam. D.
g. Laisnoil. D.

1094 [a] Sciendum vero est quod canonicis sancti Martini, qui ecclesiam sancti Georgii suo juri mancipant, huic mee donationi consentiunt in tantum ut, ipsis hortantibus, predictam ecclesiam ecclesie de Aquicincto tribuam. Ut[b] eis ecclesiam sancti Fusciani, que in eodem castro Hesdino est libere dono cum omnibus sibi pertinentibus; similiter ecclesiam sancti Martini cum omnibus ad eam pertinentibus et duas cambas libere eisdem canonicis tribuo. Quamobrem predicti canonici quicquid in ecclesia sancti Georgii habebant ecclesie sancti Salvatoris de Aquicincto et sancto Georgio contulerunt; excepto quod hospites sancti Georgii in Nativitate, in Pascha, in Pentecosten, ad ecclesiam sancti Martini veniant, decimasque segetum et animalium sancto Martino reddant, et ibi baptizandi baptismum, nubentes benedictionem suscipiant. De hortis vero suis nullum debitum persolvant. Nullus serviens sancti Georgii vel quispiam de pane ejus vivens parrochianus sancti Martini erit, nec decimam nec oblationem sancto Martino dabit, nec ipsi monachi de animalibus vel hortis suis decimam dabunt. Alii vero homines sancti Georgii cum obierint IIII^or denarios sancto Martino dabunt. Si autem quispiam predictorum canonicorum, habitum monachilem suscipere vel mortuus a monachis sepeliri voluerit, statutum est ut sine licentia aliorum ibi recipiatur; alii vero infirmi vel mortui nullo modo sine licentia canonicorum recipiantur.

Hinc rei interfuerunt Ingelrannus, Hugo, Rotbertus Fretel, Odo, filius Oilardi, Rotbertus de Fressini, Nicholaus et ceteri suprascripti. Actum est autem hoc anno ab incarnatione Domini M°LXXXXIIII, indictione II, concurrente VI, epacta I, regnante Philippo, Francorum rege, dominante in Flandria comite Rotberto juniore, cujus assensu et voluntate hoc totum factum est; Gerardo episcopo presidente in ecclesia Terua-

a. D *omet tout ce paragraphe.*

b. Et.

nensi, et Aimerico abbate in cenobio Aquicinensi; regnante domino nostro Jhesu Christo, cui est honor et gloria in sempiterna secula. Amen. 1094

1100 environ (1)

5 GOSSUIN DE MONS CONFIRME AU PRIEURÉ D'AYMERIES, DÉPENDANT DE L'ABBAYE D'ANCHIN, LES DONATIONS FAITES PAR SA MÈRE ERMENGARDE DE MONS. 1100 environ.

Monasticon Belgicum, fol. 119 recto, *à la Bibliothèque nationale, à Paris, ms. lat.*, n° 11842.

10 Gossewinus de Monte Castriloco cunctis fidelibus frui perenniter celo. Noverit vestra dilectio quod ego Gossewinus omnia que mater mea, nomine Ermengardis, pro salute anime sue ecclesie sancte Marie d'Aymeries, ut ingenua et nobilis, libere concesserat, eadem, consensu fratris mei Isembaldi, post obitum 15 ejusdem matris mee ipse quoque concessi, scilicet Altam-Villam (1) in pago Vermandensi situm, molendinum illud quod ab initio adventus monachorum ad eumden locum prefate ecclesie fuerat collatum, decimam d'Estrees (2) cum adjunctis sibi viculis, piscationem et alia. Ne autem huic a me facte 20 donationi vel renovationi in posterum refragetur, neve ecclesia sui juris violentiam patiatur... Actum est apud Altum-Montem coram idoneis testibus, videlicet Theodorico de Avesnis, Hermanno de Marcyo, Goscello de Baier, Otberto de Walde, Waldrico de Auberi, Rodulpho et Fulberto prepositis 25 d'Aymeries Castri, et multis aliis.

---

(1) Thierry d'Avesnes, l'un des témoins de l'acte ci-dessus, étant mort en 1106, on peut fixer la date de cette confirmation aux environs de l'an 1100.

(2) Hauteville, arrondissement de Vervins, canton de Guise (Aisne). 30 Voir la note sous l'acte de 1018, en faveur de l'abbaye de Saint-Amand, et que nous avons publié plus haut p. 25.

(3) Estrées, hameau de Bachant, canton de Berlaimont.

1101.

1101 BAUDRI, ÉVÊQUE DE TOURNAI, DONNE A L'ABBAYE D'ANCHIN L'AUTEL DE TEMPLEUVE-EN-PÉVÈLE.

Original scellé, sceau plaqué, fonds de l'abbaye d'Anchin, à Lille. 5

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, ego Baldricus, Dei gracia Tornacensium seu Noviomensium episcopus, omnibus Christi fidelibus tam futuris quam presentibus, sic transire per bona temporalia, ut non amittant eterna. Pastoralis sollicitudo nos urget, et divina et apostolica preceptio nos admonet, 10 ut, dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei. Quapropter aecclesiam sancti Martini Templovii in Peula (1) et omnia quae ad eam pertinent, assentiente domno Lamberto archidiacono, et clericis sanctae Mariae Tornacensis, cui Deo auctore deservio, 15 assentientibus, annuente quoque Amulrico, qui ejusdem altaris actenus erat persona, domno etiam Manasse Remorum venerabili archiepiscopo, necnon et clericis sanctae Remensis aecclesiae intervenientibus atque consiliantibus, pro remedio anime meae, atque meorum tam predecessorum quam succes- 20 sorum, tibi, o Aimerice, monasterii sancti Salvatoris, in insula quae vocatur Aquicinctus constructi, gracia Dei abba, tuisque successoribus in eodem cenobio dicto famulantibus, jure per-

(1) Templeuve-en-Pévèle, arrondissement de Lille, canton de Cysoing.

petuo possidendam, libere absque persona et absque omni 1101
emptionis vel redemptionis exactione, contrado, dono atque concedo, ita tamen, ut, singulis annis, solitum censum tu et tui successores michi meisque successoribus persolvatis Conce-
5 dimus etiam ut tu vel tui successores presbiterum in eadem aecclesia constituatis, qui curam animarum a me, vel a vicariis meis suscipiat, et tam pro se quam pro sibi commissis rationem reddat. Ut autem hoc inconvulsum et ratum omni tempore permaneat, corroboramus, et sigilli nostri impressione signa-
10 vimus. Quicumque autem hanc dationem fideliter servaverit, in hoc seculo remissionem peccatorum, et in futuro vitam eternam obtineat; quicumque vero hoc infrigerit, vel infringere molitus fuerit, anathema maranatha fiat. Huic dationi interfuerunt hi quorum nomina sunt subsignata. Signum mei
15 ipsius Baldrici episcopi. S. Lamberti archidiaconi. S. Petri decani. S. Herimanni prepositi. S. Balduini cantoris. S. Siceri. S. Lietberti. S. domni abbatis Hugonis de Sancto Amando. S. domni Odonis abbatis Tornacensis. S. abbatis Siceri Gandensis S. Alberti abbatis Hasnoniensis.

20 Actum est hoc Tornaco, anno dominice incarnationis millesimo centesimo I, indictione VIIII, presulatus domni Baldrici anno III.

Ego Wido cancellarius legi et subterfirmavi.

1145 environ (1).

1145 environ. LES BOURGEOIS D'AVESNES ÉTANT SOUMIS A UNE REDEVANCE ANNUELLE DE QUATRE DENIERS PAR TÊTE EN FAVEUR DE L'ABBAYE D'ANCHIN, GOSSUIN, ABBÉ DE CE MONASTÈRE, LEUR PROMET UNE MESSE SOLENNELLE CHAQUE ANNÉE S'ILS PAIENT RÉGULIÈREMENT CETTE REDEVANCE (2).

Original, sceau disparu, fonds de l'abbaye d'Anchin, à Lille. — Cartulaire du prieuré d'Aymeries, pièce 26, fol. 84 recto, *à Lille.*

In nomine sancte et individue Trinitatis, amen.

Gozewinus, Dei miseratione abbas ecclesie sancti Salvatoris Aquicinensis, omnisque ejusdem loci conventus, dilectissimis filiis suis omnibus burgensibus Avesnis commorantibus, presentis vite prosperitate, et future beatitudine perfrui. Cum universis ecclesie nostre familiaribus, tam vivis quam defunctis, orationibus nostris et elemosinarum beneficiis quaque die subvenire studeamus, maxime vobis, karissimi, quos non solum familiares verum etiam coadjutores et rerum nostrarum que apud vos sunt fidelissimos conservatores cognovimus, eadem benivolentia impertiri curamus. Notum namque vobis est et adhuc tam posteris quam presentibus manifestum fieri volumus, quod Gozewinus, Avesnensis castri dominus, cum uxore

(1) Gossuin fut abbé d'Anchin de 1131 à 1166; Gautier d'Avesnes, d'autre part, mourut en 1147, après son fils Thierry. L'acte supposant le père et le fils vivants, on peut fixer la date de cette charte aux environs de l'année 1145.

(2) Nous avons publié l'acte par lequel, en 1115, Raoul, archevêque de Reims, confirme à l'abbaye d'Anchin la donation faite par Gossuin d'Avesnes de quatre sous à payer chaque année par les habitants d'Avesnes (*Recherches*, etc., p. 514).

sua Agnete, pro remissione peccatorum suorum, singulis annis ad Natale Domini, IIII^or denarios ab unoquoque proprio pane vescente in predicto castro commorante ecclesie sancti Salvatoris Aquincincti jure perpetuo tradidit. Hoc etiam Walterus, successor et nepos suus, cum uxore sua Ida et filio suo Teoderico (1), manu propria eidem ecclesie perenni possessione confirmavit. Vobis autem, qui hujus redditus debitores estis, et ut jam experti sumus libenter exsolvistis, et sicut nobis promisistis libentius deinceps persolvetis, assensu ac benivolentia totius conventus ecclesie Aquicinensis, concedimus quatinus, omni anno semel in sequenti die post Epiphaniam Domini, nisi dies dominica vel aliqua sollempnis festivitas intercesserit, communiter pro omnibus tam vivis quam defunctis, pro uxoribus filiisque et filiabus vestris, cum pulsatione signorum, sollempne officium faciemus, missam in commune celebrabimus. Ipsis vero quibus, sub remissione peccatorum suorum, onus et laborem injunximus ut monachum nostrum cum honore suscipiant predictumque redditum fideliter perquirant et colligant, Elberto scilicet sacerdoti, Petro maiori, Gozuino de Alto monte, Walmanno, Adam de Bavai, fratrisbusque suis Alardo et Willelmo, Waltero de Malbodio, Roberto Crandin, priori beneficio hoc precipue superaddentes, concedimus ut, eo die quo obitum predictorum fratrum audierimus, tantumdem pro ipso explebimus ac si presens corpus ejus in ecclesia nostra haberetur. Idem beneficium concedimus Adam scolastico et matri ejus Bonescendi, Roberto filio Alardi, et Emme matri ejus. Ut autem hoc inconvulsum et inviolabile ritu perpetuo maneat, scripto nostro utrobique confirmamus, ac sigilli nostri impressione corroboramus.

1145 environ.

---

(1) Gautier d'Oisy, neveu de Gossuin, lui succéda, en 1126, dans la seigneurie d'Avesnes (voir plus haut, p. 268). Il avait épousé Ide ou Ade, fille d'Evrard Radou, seigneur de Mortagne et châtelain de Tournai. Voir nos *Recherches*, etc., p. 562, note.

1158.

1158 LE COMTE BAUDOUIN IV PREND SOUS SA PROTECTION SPÉCIALE LES BIENS DE L'ABBAYE D'ANCHIN, DANS LE COMTÉ DE HAINAUT.

Original scellé, fonds de l'abbaye d'Anchin, à Lille.

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, amen. Ego Balduinus, Dei miseratione comes Montensis sive Hainoensis, notum fieri volo omnibus fidelibus tam futuris quam presentibus, quod ecclesiam sancti Salvatoris Aquicinensis specialis dilectionis affectu honorare cupio, et ut a posteris meis eidem ecclesie totius venerationis honor exhibeatur, presentis privilegii tenore commoneo. Notum sit itaque tam meis successoribus quam ceteris omnibus fidelibus, quod ego et Adelidis, uxor mea, sed et filii nostri Godefridus atque Balduinus (1), res sive possessiones ad prefatam ecclesiam pertinentes, que vel fidelium largitione, vel justa adquisitione in jus ejusdem ecclesie devenerunt, quas videlicet in comitatu et sub potestate nostra legitime sibi adquirere potuit, sub nostre protectionis et defensionis patrocinio tuendas et defensandas suscipimus, et contra maliciam perversorum hominum, qui res ecclesiis

(1) De sa femme Alide, fille du comte de Namur, Baudouin IV, comte de Hainaut, avait eu un premier fils, Baudouin, qui mourut jeune. Godefroid, le second, qui apparaît ici, avait épousé Aenore, fille de Raoul, comte de Vermandois; il mourut en 1163, âgé de seize ans environ, de sorte que ce fut Baudouin, cité avec lui, qui succéda à son père, en 1171, sous le nom de Baudouin V (GISLEBERT, édit. Arndt, p. 70). — Il n'est pas rare de voir à cette époque des enfants, avant l'âge de la majorité, sceller ainsi des chartes avec leurs parents.

collatas diripere et in proprios usus intorquere pro nichilo 1158
ducunt, auxilii nostri scutum opponimus. De hiis videlicet terris sive possessionibus, quas eadem ecclesia hactenus quiete et sine justa calumnia tenuit, de quibus scilicet diem exequende justicie contra reclamantium injurias nullatenus evitavit, sed ad respondendum se paratam exhibuit, sive exhibere deinceps parata fuerit loco quo, pro elemosina a fidelibus ecclesie collata, filii ecclesie jure convenire debent; et precipue de omni terra que fuit Engebrandi de Beldengies (1), quam idem Engebrandus prefate ecclesie non solum vendidit, sed etiam in elemosinam dedit pro duobus filiis suis quos sepedicta ecclesia in monachos suscepit, de hac, inquam, terra et de ceteris omnibus terris hactenus eidem ecclesie legitime adquisitis, nos tutores et defensores esse recognoscimus, et eas concessione nostra in jus perpetuum ab eadem ecclesia tenendas decernimus, et successores nostros, ut ejusdem patrocinii auxilium sepefate ecclesie impendere et exhibere non negligant, commonemus. Ne hoc igitur possit oblivioni tradi vel a successoribus nostris ignorari, istud privilegium pacis conservande gracia conscribi fecimus, et sigilli nostri impressione ac subtersignatorum testium astipulatione roboravimus. Signum mei ipsius Balduini comitis. S. Adelidis uxoris mee. S. Godefridi et Balduini filiorum meorum. S. Ernulfi de Bealdengies. S. Vualcheri de Bruilo. S. Eustachii de Ruz. S. Theoderici de Linge. S. Adam de Vuallaincurt. S. Egidii de Busennies. S. Roberti de Aisonvilla. S. Theoderici de Vuaslers. S. Gerardi de Donengio. S. Amandi de Donengio. S. Adam dapiferi. S. Florii fratris ejus. S. Roberti de Montengi. S. Vualteri de Alnoith. S. Hauvel de Cheveren. Pacem eidem loco servantibus pax eterna, decus in celis. Actum anno Verbi incarnati M° C° L° VIII°.

---

(1) Baudegnies, arrondissement d'Avesnes, canton du Quesnoy.

1218-1238 (1).

1218-1238 GODEFROID (?), ÉVÊQUE DE CAMBRAI, RAPPELLE ET REPRODUIT LE RÈGLEMENT DONNÉ PAR SON PRÉDÉCESSEUR ALARD AUX LÉPREUX DE BERLAIMONT.

Cartulaire du prieuré d'Aymeries, fol. 78, *à Lille.* 5

G., Dei gracia Cameracensis episcopus, leprosis de Bierlainmunt, salutem in Domino. Secundum formam vivendi, que condam prescripta fuit predecessoribus vestris a pie memorie domino Alardo, Cameracensi episcopo, mandamus vobis et volumus quod constitutiones istas que scripte sunt fideliter et 10 firmiter observetis, sicut vos facturos promisistis : videlicet ut omnes fratres et sorores de collegio viventes ordinate pacem inter se habeant. Quod si quis eorum qui domui appendet contumeliam cuilibet fratri vel sorori aliquam intulerit, magistro qui ad hoc electus est corrigente, ipso die ad pedes illius quem 15 lesit humiliter procidat, veniam requirat et de fratris offensa tribus diebus pane et aqua contentus a ceteris abstineat; si autem ad hoc rebellis fuerit, sit in pane et aqua quousque facere compellatur. Idem statuimus illi qui contumax humiliatum recipere noluerit. Item, si magister domus quempiam 20

(1) Cet acte pourrait émaner aussi des évêques Guy ou Guiard (1238-1247), Guillaume (1292-1296), Guy II (1300-1306). — Le cartulaire d'Aymeries (fol. 96) contient un acte par lequel l'évêque Alard, en 1176, confirme aux lépreux de Berlaimont une donation qui leur était faite par Mathilde, dame de ce lieu.

fratrum vel sororum quo necessitas domus exigit mittere 1218-1238
voluerit, plane obediat; quod si repugnaverit, prefate abstinentie donec magistro satisficerit, subjaceat. Interdicimus etiam ne leprosi cum mulieribus leprosis soli loquantur, sed seorsum
5 viri, seorsum mulieres, comedant et dormiant. Quod si contra vetitum acciderit, tribus diebus sit in pane et aqua; et si de illicito concubitu, quod absit, conjuncti fuerint, ambo de domo ejiciantur. Nullus terminos curie absque licentia magistri exeat; quod si acciderit, die proxima in pane et aqua jejunet.
10 Vestes habeant ordinatas, unius coloris et equalis precii, prout ratio dictaverit, novas recipientes veteres magistro reddentes. Interdicimus maxime ne quis ibi redditorum vel reddendorum quicquid proprio juri reservet. Silentium in mensa teneant et in dormitorio; loquantur tamen demissa voce servitori, si ali-
15 quo indiguerint. Cum autem de mensa surrexerint, pro episcopo suo et sacerdote suo, pro benefactoribus suis vivis et defunctis, semel dicant *Pater noster*. In singulis horis diei septies dicant *Pater noster* in honore sancti Spiritus, ut per eundem Spiritum perseverent. Item, eisdem horis, *Pater noster*
20 pro suo episcopo et sacerdote suo, pro benefactoribus suis vivis et defunctis, semel dicant. Redditi autem vel reddendi nullatenus de subjectione domus redire habeant; quod si presumpserint, excommunicationi nisi resipuerint subjaceant. Inhibemus etiam arctius ne quis per simoniam recipiatur, et ne quis ad tales vel aleas ludere presumat.

XX.

LA CATHÉDRALE DE CAMBRAI.

Les archives de la cathédrale et du chapitre de Cambrai sont riches en documents se rapportant aux vastes territoires de l'ancien diocèse de ce nom. Les plus vieux et les plus importants de ces documents sont publiés. Il en est toutefois encore qui méritent d'être connus.

27 avril 941.

27 avril 941 FULBERT, ÉVÊQUE DE CAMBRAI, JUGE UNE CONTESTATION ENTRE RAINIER, L'UN DE SES FIDÈLES, ET UNE FEMME ET SES ENFANTS A QUI CE DERNIER PRÉTENDAIT IMPOSER UNE CHARGE DE SERVAGE QU'ILS NE DEVAIENT PAS (1). 5

Original, en tête du manuscrit n° 485 *de la Bibliothèque de Cambrai.*

Notitia qualiter Rainerus tunc [fidelis?] [a] domni Fulberti, episcopi Cameracensis, cum haberet in beneficiis villam que [a]... [nun]cupatur [a], voluit ibi inservire quandam feminam nomine 10 Greviam cum infantibus suis, quorum haec sunt nomina : Gotlandus, Gerwinus, Ivoria, Volemia, Plectrudis, ut mansos deservirent. Qui cum id renuissent et eis sepius modo

a. Trou dans le parchemin.

(1) M. Édouard Gautier, bibliothécaire de la ville de Cambrai, ancien 15 élève de l'École des chartes, a bien voulu nous faire la transcription de ce document.

blandiendo modo minitando preciperentur, Cameraco petentes prosecuti sunt vestigia domni presulis, reclamantes contra jus nativum indebite servitutis pondus sibi velle imponi, et ab ipso episcopo juste debere subveniri. Itaque jam praedictus dominus episcopus, suos convocans fideles, cum clericos honestate praeclaros et laicos nobilitate sublimes, tum etiam devotos suae potestatis vernaculos, diligenter inquisivit hujus reclamationis veritatem, sicque veraciter adque stabiliter ab omnibus inventum est plus per legem et debitam justitiam [a]... supradictas feminas, matrem scilicet et filiabus suis unaquaque earum ad supradictam villam dare de suo capite denarios II, et filii eorum IIII^or^, quam illud servitium facere quod a supradicto seniori eis imponebatur. Et hec sub jurejurando juravit mater eorum, ejusque sequaces subsecuti sunt, quorum hec sunt nomina : Siefridus, Ernuldus, Gislehardus, Gilmannus, Gerbertus, Heribertus. Ut hujus rei veritas lucida atque indubitata sciatur, jussa est a domino episcopo necnon et a fideli suo Rainero haec fieri notitia. Facta est Camaraco, V kalendas maias, indictione XIIII, anno ab incarnatione Domini DCCCCXLI, anno scilicet VIII domno Fulberto episcopo, regnante etiam Ottoni regis VI.

27 avril 941

Signum domni Fulberti, qui hanc notitiam scribi vel firmari jussit.

Signum Raineri senioris ejusdem potestatis.

Signum Gilbaldi archidiaconi.

Signum Johannis archipresbiteri.

Signum Gerrici vice domini.

Signum Herberti advocati.

Signum Winodi (?) maioris.

Signum Israhelis.

. . . . . .

a. Un ou deux mots illisibles.

b. Quatre autres souscriptions illisibles.

1089.

1089 GÉRARD II, ÉVÊQUE DE CAMBRAI, DONNE AU CHAPITRE DE CETTE VILLE L'AUTEL D'ETERPIGNY AVEC SES ANNEXES.

Original, sceau plaqué, fonds de l'église de Cambrai, à Lille. — Cartulaire du chapitre de Cambrai, fol. 38, *à la Bibliothèque nationale, à Paris, ms. lat.,* n° 10968.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Gerardus secundus, Dei gratia episcopus Cameracensis, omnibus in Christo renatis premia eterne hereditatis. Est nostri officii ut, si quis ex subditis erga sanctam ecclesiam ad bene agendum divinitus inspiretur, ejus bona voluntate delectari debeamus, atque admonitionis nostre instantia ne qua penitudinis aura a proposito dimoreatur, ipsum confortare studeamus. Ego itaque, cum vidissem duos canonicos sancte Marie, Vuerinfridum scilicet et Segardum, in exaltatione ecclesie sancte Marie cui deserviebant anhelantes, immo penitus ardentes, eorum desideriis gavisus, auxilium meum promisi non deesse postulantibus. Ex eorum namque petitione tradidi altare de Sterpeniis (1), cum appenditiis suis que sunt : Exclusa (2), Cresenorie (3), Stohengh (4), Monzs (5), Durih (6), Noella (7),

(1) Eterpigny, arrondissement d'Arras, canton de Vitry (Pas-de-Calais).

(2) Lécluse, arrondissement de Douai, canton d'Arleux (Nord).

(3) Les Cressonnières, arrondissement et canton de Douai.

(4) Étaing, arrondissement d'Arras, canton de Vitry.

(5) Lieu inconnu.

(6) Dury, arrondissement d'Arras, canton de Vitry.

(7) Noyelle-sous-Bellonne, arrondissement d'Arras, canton de Vitry.

Thailuncort (1), tradidi, inquam, canonicis sancte Marie liberum, sine persona et ab omni consuetudine et redemptione solutum, exceptis debitis annue sonegie et obsoniorum. Disposuerunt autem ut, in vita sua, altare supradictum in manu sua retinerent; pro cujus respectu quotannis duos pastus, alterum in natale apostolorum Petri et Pauli, pro omnibus fidelibus vivis et defunctis, alterum vero in elevatione sancti Gaugerici, pro anima patris prelibati Segardi, canonicis sancte Marie facerent. Horum autem utrolibet defuncto, superstes hos pastus ii^os in eisdem sollempnitatibus, tertium vero in defuncti anniversario canonicis persolvat. Sed et ipso quoque morte soluto, canonicis totum illud altare sibi vendicantibus, iiii^or pastus, duos in prelibatis festivitatibus, duos etiam in anniversariis Vuerinfridi scilicet et Segardi, faciet elemosinarius; et si quid inde residui fuerit, commonemus et in Domino obtestamur non in aliis usibus nisi in refectione canonicorum expendatur. Ut autem hoc ratum maneat et inconvulsum, subtersignatorum clericorum testimonio est corroboratum. S. domni Mascelini prepositi et ejusdem altaris archidiaconi. S. Alardi archidiaconi. Signum Gerardi archidiaconi. S. Ansfridi archidiaconi. S. Bernardi archidiaconi. S. Freerici archidiaconi. S. Rothardi archidiaconi. S. Hugonis decani. S. Vuerinboldi arciscoli. S. Guodonis cantoris. S. Goisfridi elemosinarii. S. Vuerinboldi, qui hanc kartam composuit. Voluerunt autem fratres illi, videlicet W[erinfridus] et S[egardus], ut idem modus in supradictis pastibus teneatur, qui in illis qui diebus dominicis fiunt observatur. Actum est hoc anno ab incarnatione Domini, M° LXXXVIIII°, indictione xii^a, presulatus vero Gerardi xiii°. 1089

(1) Lieu inconnu.

1137-1145 (1).

1137-1145 NICOLAS, ÉVÊQUE DE CAMBRAI, DÉCLARE QU'AU TEMPS DE SON PRÉDÉCESSEUR BURCHARD, ODA D'ESCORNAIX (SCHOORISSE), LIBRE DE CONDITION, S'EST DONNÉE EN SERVITUDE A L'ÉGLISE DE CAMBRAI. (Privilegium domini Nicholai de Oda Descornai, quae se et suos successores ecclesiae nostrae dedit.)

Collection Moreau, t. LVII, p. 97 (*ex chartul. signato A eccles. Camerac.*, cap. 107).

In nomine Domini, ego Nicholaus, Dei gratia Cameracensis episcopus, tam praesentibus quam futuris in perpetuum. Dignum et justum est ut ea, quae temporibus praedecessorum nostrorum legitime acta sunt et coram nobis idoneis testibus recognita, in commemorationem veteris acti scripto signemus et posterorum memoriae commendemus. Sciant igitur tam praesentes quam posteri quod Oda libera, liberis exorta natalibus, Rainero et Oda Descornai (2) edita parentibus, ob salutem animae suae libertatem temporalem deponere dignum duxit. Sanctae ergo et intemeratae Dei genetrici Mariae apud Cameracum se tradidit, ea videlicet lege ut duos denarios de capite, VI pro licentia nubendi, XII pro mortua manu persolveret, et successores sui, ita sane ut, omni laica advocationis dominatione remota, nullus praeter episcopum Cameracensem praefatum censum accipere praesumeret. De petitione vero quam laica dominatio a familia ecclesiarum injuste accepit, se et suos [quittos ?] et liberos, libera traditione liberoque

(1) Nicolas fut évêque de 1137 à 1166; l'archidiacre Thierry, qui figure parmi les témoins, est cité de 1132 à 1145.

(2) Escornaix ou Schoorisse, arrondissement d'Audenarde, canton de Hoorebeke-Sainte-Marie.

arbitrio, prout justum et possibile erat, statuit. Praefatum 1137-1145
vero censum si successores ejus temere quandoque retinuerint [a], in nativitate sanctae Mariae super altare apud Melin (1), quae propria episcopi Cameracensis villa est; sed qui
5 accipere praesumpserit, banno episcopi coactus, per duos solidos reddet censum. Haec autem coram domino Burchardo piae memoriae episcopo acta sunt et coram nobis publice recognita. Ut igitur hujus actionis decretum stabile et inconvulsum perpetuo perseveret, in conservatores benedictionis, in viola-
10 tores excommunicationis sententiam promulgamus. Hujus traditionis, tempore quo facta est, testes fuerunt : Rainerus et Joseph fratres ejusdem Odae; Gerardus camerarius, nepos ejus; Frenbaldus de Flesseco; Hosto de Harea; Hosto de Seuva; Arnoldus Bechz; Theobaldus persona de Scornai. Reco-
15 gnitionis vero, quae coram nobis facta est, testes fuerunt: Theodericus, praepositus Tornacensis et archidiaconus Cameracensis; Vuerinboldus cancellarius; Gerardus Cameracensis; Stephanus Blandus, Arnoldus debet [b]. Haec autem recognitio coram ecclesia Cameracensi allata est, et in capitulo beatae
20 Mariae coram personis ecclesiae nostrae publice confirmata. Testes Theodericus praepositus, Johannes, Alardus archidiaconus, Hugo decanus, Walterus cantor, et alii.

a. Il y a certainement ici une lacune dans le texte.
b. Sic.

---

(1) Melin-l'Évêque, arrondissement de Tournai, canton d'Ath.

XXI

L'ABBAYE DE SAINT-AUBERT DE CAMBRAI.

L'abbaye de Saint-Aubert, dont la fondation remonte à 1066, tenait de la générosité des évêques de Cambrai, au XIe siècle, la possession de divers autels dans le Hainaut et le Cambrésis (1). Trois des actes ci-après concernent des donations d'autels dans la Flandre et le Brabant, au XIIe siècle.

1074.

1074 UN CERTAIN W. DONNE A L'ABBAYE DE SAINT-AUBERT L'AUTEL D'ESTRÉES-EN-ARROUAISE.

Original, sceau plaqué, fonds de l'abbaye de Saint-Aubert, à Lille. 5

Quoniam breve scimus et momentaneum vitae nostrae per quod currimus stadium, christiano igitur cuique insistendum est et enitendum, ut comprehendat ad quod tendit bravium. Desistentis enim cursus ipse frustratus est, et spes premii ejus evacuatur; insistenti autem ipse Christus bravium est, merces 10 scilicet et corona qua insignitur. Currendum ergo est ad Christum et insudandum bonis operibus, ut computemur inter servos ejus, quod non possunt non compleri directe ad patrem preces ejus : volo, pater, ut ubi ego sum, illic sit et minister. Nisi itaque qui Christi aecclesiae et ejus catholicis aliquid 15 largitur, servit indiscrete Christo, quia de eisdem : vos, inquit apostolus, estis corpus Christi et membra de membro. Hac

(1) Voir nos *Recherches*, etc., pp. 397, 422, 465, 473 et 544.

ergo Dei deliberatione pulsatus, ego W., in templo sancti 1074
Autberti cui in primis deservieram, aliquod volui memoriale relinquere, et in spem retributionis aeternae, pro anima patris mei qui hoc idem mihi suggesserat, et matris mee et parentum
5 meorum et fratris mei, pro mea etiam anima, si ab domno L[ietberto] episcopo obtinere possem, quoddam altare quod apud Stradam (1) tenebam, ipsi aecclesiae absolute contradere. Et, Deo gracias adjuvante nos gracia ejus, non difficilis fuit aut laboriosa nostra impetratio, favente nobis ejusdem episcopi
10 benivolentia, cujus circa ipsam aecclesiam exestuans erat ampliationis et donorum exuberatio. Impetrata itaque hac permissione a domino episcopo et domino M[atselino] archidiacono, partim precibus, partim pretio, hujus conditionis fuit altaris traditio, ut, quum altaris ejusdem tunc temporis parvus erat
15 processus, parvus itidem, id est XII denariorum, esset ejus respectus, et quomodocumque esset ex aliis altaribus, ita tamen sub respectu XII denariorum et obsoniorum, illud a canonicis sancti Autberti tenerem toto vite mee termino, nisi forte hoc eis concessissem, aliqua satisfactione inductus. Ne ergo scrip-
20 tum istud evacuetur perversitatis aura subrutum, jussu domini episcopi L[ietberti] conscriptum est, et sigilli ejus impressione signatum et probabilium virorum testimonio roboratum.

Signum Gerardi prepositi et archidiaconi. S. Matselini archi-
25 diaconi. S. domini Bernardi. S. Helgoti presbyteri. S. presbyterorum Rainberti, Alboldi, Walteri. S. diaconorum Goiffridi, Gisleberti, Werinfridi, Fulberti, Rothardi. S. subdiaconorum Herewardi, Fulchardi, Amulrici. S. donni L[ietberti] pontificis. Actum est autem hoc Cameraci, anno dominice incarnationis
30 I° LXX° IIII°, indictione XII, regni quoque Heinrici regis nostri anno XXIII°, presulatus donni L[ietberti] pontificis XXIV°.

---

(1) Estrées-en-Arrouaise, arrondissement de Saint-Quentin, canton du Catelet (Aisne).

1126.

1126 BURCHARD, ÉVÊQUE DE CAMBRAI, DONNE A L'ABBAYE DE SAINT-AUBERT L'AUTEL DE GAVERE.

Original scellé, fonds de l'abbaye de Saint-Aubert, à Lille.

In nomine sancte et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus sancti. Burchardus, Dei gratia Cameracensium episcopus, tam futuris quam presentibus in perpetuum. Cum scriptura insonet : ante mortem benefac, quum apud inferos non est invenire cibum, precavendum est, dum vivimus, ut mortem nostram actuum inanitate preveniamus. Consilio igitur clericorum nostrorum, supplicationi filii nostri Walteri, ecclesie sancti Autberti abbatis, condescendimus, et altare de Gaverah (1) liberum et sine personatu, salvis nostris et ministrorum nostrorum debitis, prefate ecclesie ad usus fratrum regulariter ibidem viventium concessimus. Ad arcendas vero quorumlibet importunitates, data conservatoribus pace, in prevaricatores quoad resipuerint anathematis gladium exerimus, atque canonica subsignatione nostra quoque subimaginatione hujus nostri privilegii decretum assignamus. Signum Anselli, ejusdem altaris archidiaconi. S. Johannis archidiaconi. S. Erleboldi prepositi et archidiaconi. S. Gerardi archidiaconi. S. Oilardi decani. S. Rotberti cantoris. S. Haduini et Widonis sacerdotum. S. Rodulfi, Werinboldi, Rumoldi, diaconorum. S. Lantberti, Herewardi, Mascelini, subdiaconorum. S. Nicolai, Alardi, Fulchonis, acolitorum.

Actum anno incarnati Verbi M° C° XXVI°, indictione IIII, presulatus domni Burchardi undecimo. Ego Werinboldus cancellarius subscripsi et recognovi.

---

(1) Gavere, arrondissement de Gand, canton d'Oosterzeele. — Cet autel est cité dans une confirmation des biens de l'abbaye par le pape Innocent II, en 1137. Voir nos *Recherches*, etc., p. 546.

1148.

NICOLAS, ÉVÊQUE DE CAMBRAI, DONNE A L'ABBAYE DE SAINT-AUBERT L'AUTEL D'HÉRINNES LEZ-ENGHIEN, AVEC SON ANNEXE THOLLEMBEEK, ET QUATRE CHAPELLES. 1148

5 *Original scellé, fonds de l'abbaye de Saint-Aubert, à Lille.*

In nomine sancte et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus sancti. Nicholaus, divina miseratione Cameracensis minister, tam futuris quam presentibus in perpetuum. Cum in divinis eloquiis sancitum sit : ubi te invenero ibi te judicabo, 10 vigilandum est ut, novissima nostra bono fine concludentes, militantibus in operibus bonis que gratis accepimus gratis reddamus, ut ex dominico testimonio si quid sinistra fecerit dextera non inveniat. Igitur, si omnium ecclesiarum que nobis commisse sunt curam generaliter gerimus, speciali tamen sol- 15 licitudine et affectu familiares nostros et relligiosos viros veneramur et amplectimur. Unde ecclesiam sancti Autberti, que specialiter ad nos pertinet et in diebus nostris virtute hospitalitatis et odore bone opinionis pollet, optamus et volumus honorare et sublimare. Eapropter, dilecti filii nostri 20 Gualteri prefate ecclesie abbatis petitionem quo decuit amore suscipientes, altare de Herinis (1), cum appendiciis suis Tholobecca (2), capella sancte Marie, capella sancti Petri, capella

(1) Hérinnes lez-Enghien, arrondissement de Bruxelles, canton de Lennick-Saint-Quentin.

25 (2) Thollembeek, arrondissement de Bruxelles, canton de Lennick-Saint-Quentin.

1148 sancti Amandi, capella sancte Aldegundis, que omnia, tam prefatum de Herinis altare quam appenditia subtitulata, una sola sonegiarum solutione nobis et ministris nostris concluduntur, jam dicte ecclesie beati Autberti, ad usus fratrum inibi Deo serventium, liberum et sine personatu concedimus. Ad arcendas igitur quorumlibet importunitates, data conservatoribus pace, in prevaricatores autem quoad resipuerint excommunicationis sententiam exponimus, atque canonica subsignatione et sigilli nostri impressione hujus decreti nostri paginam confirmamus, et autenticarum personarum testimonio roboramus. S. Theoderici prepositi, ejusdem altaris archidiaconi. S. Johannis, Alardi, archidiaconorum. S. Hugonis decani. S. Gualteri, Gerimbaldi, Gerardi, Johannis, sacerdotum. S. Guillelmi, Gualteri, Olrici, levitarum. S. Roberti, Eustachii, Anselmi, Johannis, sublevitarum. S. Parvini, abbatis Sancti Sepulchri. S. Ade, abbatis Sancti Andree de Castello. S. Fulconis, abbatis sancti Petri Hasnoniensis. S. Godescalci, abbatis de Monte Sancti Martini. Actum anno incarnati Verbi M° C° XL° VIII, indictione XI^a^, presulatus domini Nicholai XIIe. Ego Guerimboldus cancellarius scripsi et recensui.

1189.

1189 ROGER, ÉVÊQUE DE CAMBRAI, DONNE A L'ABBAYE DE SAINT-AUBERT LES AUTELS DE WILLEBROECK ET DE VREMDE.

Original, fonds de l'abbaye de Saint-Aubert, à Lille.

Rogerus, Dei gratia Cameracensis episcopus, tam futuris quam presentibus in perpetuum. Notum fieri volumus quod duo altaria Willebroc (1), Vidrene (2), que dilectus noster Fulco,

(1) Willebroeck, arrondissement et canton de Malines.

(2) Vremde, arrondissement d'Anvers, canton de Contich.

canonicus ecclesie Remensis, tenebat, in manus nostras reddidit, 1189
et nos eadem, pro salute anime nostre et parentum nostrorum, ecclesie Sancti Auberti in perpetuum tenenda concessimus sine persona, salvo jure nostro et officialium nostrorum.
5 Que concessio ut apud posteros rata et inconvulsa permaneat, sigilli nostri impressione et testium subscriptione duximus roborare. S. magistri Sigeri et Johannis, archidiaconorum. S. Johannis, abbatis sancte Marie de Pratis. S. Walteri capellani. Actum anno Domini millesimo centesimo LXXX IX

XXII.

L'ABBAYE DE SAINT-QUENTIN-EN-L'ILE.

L'abbaye de Saint-Quentin-en-l'Ile (faubourg de Saint-Quentin) remonte au VIIe siècle; elle fut restaurée, vers la fin du Xe siècle, par Eilbert, comte de Vermandois. Elle avait d'importantes possessions dans le nord de la France et dans la Flandre, aux environs de Bruges.

18 octobre 1089.

18 octobre 1089 ROBERT II, COMTE DE FLANDRE, DONNE A L'ABBAYE DE SAINT-QUENTIN-EN-L'ILE LA DÎME D'UNE TERRE NOUVELLE A OOSTKERKE. (De decima quae vastina dicitur, apud Oostkerke, ecclesiae Insulensi concessa.) 5

Manuscrits de Dom Grenier, collection de Picardie, t. CCXXXI, fol. 8 recto, *à la Bibliothèque nationale, à Paris. — Cartulaire de l'abbaye de Saint-Quentin-en-l'Ile (1764)*, fol. 476, *à la Bibliothèque nationale, ms. lat.*, n° 10116.

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti paracliti. Quoniam, Dei disponente clementia, ad hoc in terris principamus, ut que justa sunt decernamus, injusta comprimamus, que recta regamus, que prava pro posse corrigamus, ego Rodber- 10

(1) Robert II avait été associé au comté du vivant de son père, qui mourut en 1093.

tus, Rodberti, Balduini gloriosi principis filii, filius, per Dei providentiam Flandrensium marchio constitutus, hinc superni gratia respectu, inde patris principumque meorum consilio persuasus, omnem decimationem nove terre que vulgo wastina vocatur, que ad parrochiam Oskirke (1) pertinet, usque ad terram Frumaldi Musce, Deo sanctoque martiri ejus Quintino in perpetuam possessionem liberrime concessi, quatinus familia Dei sanctique martiris ‖ ejus Quintini aliquid a nobis habeat solacium, nosque orationibus fratrum apud martirem sanctum, sancti quoque martiris interventu, apud Deum sentiamus suffragium. Ut autem rata, firma et inviolabilis maneat hujus nostre largitio elemosine, clericorum et laicorum, qui presentes affuerunt, nomina huic jussimus annotari pagine : domnus abbas Girardus; Werenfridus decanus; Lainardus prepositus; Engelbertus cantor; alius Engelbertus; Liedbertus, prepositus Brugensis; Bertulfus capellanus; Rainerus parvus; Ricuardus; Dodinus de Oskirka; Erenboldus castellanus; Robertus filius ejus; Cono; Alardus filius ejus; Alardus de Spinoit; Isaac, filius Rainoldi; Lambertus Niger; Ricuardus; Erchenboldus; Algrinus; Hencradus, filius Didun. Actum Burggis, xv kalendas novembris, anno dominice incarnationis M LXXX VIIII; regnante rege Francorum Philippo anno XXV; episcopante pio patre Ratbodo anno XXIIII.

18 octobre 1089

fol. 477 r°

Ego Rambertus, Islensis canonicus, subscripsi.

---

(1) Oostkerke, arrondissement et canton de Bruges.

1106.

1106 BAUDRI, ÉVÊQUE DE NOYON ET DE TOURNAI, DONNE A L'ABBAYE DE DE SAINT-QUENTIN-EN-L'ILE LES AUTELS DE SAINGHIN EN MELANTOIS ET D'ENNEVELIN.

Cartulaire de Saint-Quentin-en-l'Ile (*XVII*e *siècle*), fol. 68 verso, *à la Bibliothèque nationale, à Paris, ms. lat.*, n° 12895.

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Ego Baldricus Dei gratia Noviomensium atque Tornacensium episcopus, omnibus sanctae religionis cultoribus, beatitudinis aeternae gloriam quam promisit Deus se diligentibus. Scitis, dilectissimi, malignorum spirituum legionem hanc adversum nos habere semper intentionem, ut a justitiae semita nos deviare faciant et damnationis suae consortes efficiant. Quapropter, fratres, oportet nos a malis declinare, et in bonis actibus perseverare sanctorumque ac religiosorum virorum orationibus vitam nostram commendare, quo eorum meritis et exemplis muniti, praedictae legionis insidias transeamus illaesi. Bonorum igitur precibus et meritis desiderans adjuvari, et ab omni maligni hostis pravitate liberari, ego B[aldricus], Noviomensis atque Tornacensis ecclesiae servus, bene viventibus et Deo devote servientibus, etsi non per omnia saltem in aliquibus, subvenire saluberrimum consideravi. Benivole siquidem domni Ingelberti,
fol. 69 r° abbatis sancti Quintini de Insula, || et fratrum inibi servientium suscepta petitione, ut attentius necessariis non indigentes Deo

valeant inhaerere, ob animae meae remedium, altaria Sengin(1) 1106
et Anevelin (2) cum appenditiis suis, quae diu sub personatu tenuerat, Lamberto archidiacono nostro laudante, necnon clericorum nostrorum assensu praeveniente, eidem ecclesiae
5 sancti Quintini de Insula et monachis concessi, absque personatu perpetuo possidenda libere; tali tamen tenore, ut sinodalia jura sicut antea episcopo vel ejus ministris persolvant, et presbyteri quos abbas aut ejus successores ibi constituerint, sive aliqua decessione mutaverint, omni postea munerum
10 exactione ab episcopo vel ejus ministris curam suscipiant qui rationem illius reddere debeant Ut autem hoc ratum et inconvulsum valeat permanere, ne quis violare praesumat, interposito anathemate, subscriptorum testimonio commendare praecepi, sub sigilli nostri impressione. S. Lamberti archi-
15 diaconi. S. Gotheri decani. S. Gunteri praepositi. S. Balduini cantoris. S. Henrici presbyteri. S. Joannis presbyteri. S. Hellini presbyteri. S. Letberti. S. Gildulfi. S. Desiderii. S. Radulfi. S. Berneri. S. Gunheri. Actum anno || dominicae incarnationis fol. 69 r°
M°C°VI°, indictione XIII, regnante Ph[ilippo], domno B[aldrico]
20 episcopante, Roberto juniore Flandrensium marchiam obtinente. Signum Guidonis cancellarii.

---

(1) Sainghin-en-Melantois, arrondissement de Lille, canton de Cysoing. — Un diplôme du roi Lothaire, du 5 août 976, affranchit ce domaine de l'abbaye de la juridiction du comte et de ses officiers.
25 Martène et Durand, *Amplissima collectio*, t. I, col. 326; *RHF.*, t. IX, p. 640.

(2) Ennevelin, arrondissement de Lille, canton de Pont-à-Marcq.

1110.

1110 Baudri, évêque de Noyon et de Tournai, confirme a l'abbaye de Saint-Quentin-en-l'Ile les biens qu'elle possède dans ses deux diocèses. (De omnibus altaribus quae possidet ecclesia beati Quintini martyris in Insula, in Noviomensi et Tornacensi diocesibus, tempore Baldrici, Noviomensis et Tornacensis episcopi, et de aliis multis rebus.)

Cartulaire de Saint-Quentin-en-l'Ile (*XVII*e *siècle*), fol. 6 verso, *à la Bibliothèque nationale, à Paris, ms. lat.*, n° 12895.

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, amen. Ego Baldricus, Dei gratia Noviomensis et Tornacensis ecclesiae pontifex, omnibus in Christum salutem credentibus. Quum oportunum est, quum licet, quod expedit, quodcumque potest manus vel pes instanter operetur, quoniam nec sermo nec ratio proderunt apud inferos; qua in re cuicumque christiano, sed praecipue ecclesiae praelato, summopere praecavendum est ne, per inertiam atque segnem desidiam, a gradu eminentiori periculosum incidat praecipicium, si manus remissas a bono subtrahat opere, vel pedes devios declinet a rectitudine. Forma namque et exemplar videtur esse personae, in populo Dei quae fungit[ur] honore pontificali, cui semper necesse est ut operetur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei. Operetur, inquam, et

(1) Une bulle du pape Paschal II, du 1er décembre 1114, confirme à l'abbaye les possessions énumérées ci-après. (Même cartulaire, fol. 83 recto.)

psalmistae versiculum rationali suo intextum sibi teneat, et 1110
decantet dicens : homo, cum in honore esset, non intellexit..., quoniam, cum interierit, non sumet o. n. d. c. c. g. e.[a]. Onus igitur suum honori suo praeferens episcopus rationabiliter et cum
5 caritate bonorum vota et justorum deprecationes clementer exaudiat, et decorum domus Dei omni intentione veneretur, ‖ fol. 7 v°
exaltet et diligat. Unde, quia sic necesse est ut fiat, notum sit sanctae et universalis ecclesiae filiis tam praesentibus quam futuris, quod ego Baldricus, Noviomensium sive Tornacensium
10 sacerdos vel episcopus, his atque aliis adhortationum exemplis commonitus, et vivere volens post obitum et cum Christo regnare, filii nostri Ingeberti abbatis fratrumque suorum justis deprecationibus et votis condescendere, et pro animae meae remedio et anniversaria obitus mei recordatione, proque
15 antecessorum meorum salute, ecclesiae sancti et gloriosi martyris Christi Quintini, cui ipse praest, omnia quae in meo episcopio Noviomensi et Tornacensi possidere dignoscitur altaria, diversis olim exactionibus et personis adgravata, liberrima traditione absque personatu concessi.

20 Remotis itaque consuetudinum exactionibus cum personis, excepimus obsonia quae, temporibus suis et terminis, mihi meisque successoribus quotannis in perpetuum ab eodem suisque successoribus solventur, sicuti per singula altaria inferius est digestum : altare sancti Eligii cum capella in parte
25 ipsius insulae sita, in suburbio Sancti Quintini; altare de Nova Villa (1) cum ecclesia; in territorie ejusdem castri, altare de Regni (2) cum ecclesia; quae tria altaria per singulos annos in

a. ... omnia, neque descendet cum eo gloria ejus. *Psaume 48*. — *Sur cette manière de citer les textes de l'Écriture sainte, voir* Reusens,
30 *Éléments de paléographie*, p. 123.

---

(1) Neuville-Saint-Amand, arrondissement de Saint-Quentin, canton de Moy (Aisne).

(2) Regny, arrondissement de Saint-Quentin, canton de Ribemont.

1110 festivitate sancti Remigii solvunt mihi vel meo ministro quinque solidos de obsoniis et tres de pastu. Super Somenam
fol. 8 r° fluvium juxta ‖ Sanctum Quintinum, altare de Harli (1) cum capella quae vocatur Maisnill (2), quod in supradicta festivitate duos de obsoniis solvit solidos, et octodecim denarios de pastu. In territorio Virmandensi, altare de Trister [a], quod in eadem die duodecim nummos de obsoniis, et octodecim de pastu solvit. In pago Medetenensi, altare de Segin (3), cum ecclesia et capella una quae dicitur Anstain (4), quod in festivitate apostolorum Simonis et Judae solvit duos solidos et unum modium avenae per singulos duos annos; in tertio vero anno qnatuor solidos solvit, cum uno tamen avenae modio. Aliud quoque altare de Anevelin (5), cum duabus capellis Marke (6) et Anterviles (7), quod similiter in eadem festivitate singulis duobus annis duos solidos, in tertio vero quatuor, cum uno tamen avenae modio solvit. In Flandriis, super mare (8), altare de Oskerke, cum ecclesia et quatuor capellis : prima de Vulps (9), quae sita est in maris insula; secunda de Laps-

a. Tristi, *dans la bulle de Paschal II, dont il a été parlé plus haut.*

---

(1) Harly, arrondissement et canton de Saint-Quentin.

(2) Mesnil-Saint-Laurent, arrondissement et canton de Saint-Quentin.

(3) Sainghin-en-Melantois. Voir p. 320.

(4) Anstaing, arrondissement de Lille, canton de Lannoy.

(5) Ennevelin. Voir p. 320.

(6) Pont-à-Marcq, canton de ce nom, arrondissement de Lille.

(7) Autreuille à Avelin, arrondissement de Lille, canton de Pont-à-Marcq.

(8) On remarquera cette indication : *super mare*, appliquée à Oostkerke.

(9) L'île de Wulpen, qui existait autrefois sur la côte de Zélande, à proximité de Cadsant, et qui fut engloutie par la mer au XVIe siècle. Gilliodts-Van Severen, *Coutumes de la ville et châtellenie de Furnes*, introduction, p. 25. Voir aussi Galbert (édition Pirenne), p. 120; *Annales de la Société d'émulation de Bruges*, 2e série, t. VII, p. 382; 3e série, t. II, p 128, et t. V, p. 211.

cures (1); tertia de Murkerka (2); quarta de Vuas[a] (3); quod 1110
altare cum capellis solvit in supradicta festivitate de obsoniis decem solidos.

Altarium igitur expleta annotatione et abbatis praelibati
5 fratrumque suorum instantia, obtinentes res ejusdem coenobii, quas regum, comitum, nobilium, potentum virorum ac faeminarum devotae personae, pro amore Dei, eidem loco legali concessione tradiderunt, villas videlicet, alodia, terras, prata, aquas ||, molendina, silvas, vel quascumque possessiones ab fol 8 v°
10 exordio sui possidet, ut, sicut in antea et in antea et in praesenti, ita et in futurum firmo tenore possideat, huic nostro subtitulantur privilegio. Omnis villa ipsius Insulae cum theloneo et toto districto pertinet ad idem coenobium, unum molendinum intra officinas ipsius Insulae situm. Item molendinum
15 aliud quod dicitur ad Canalem (4), situm inter Insulam et burgum Sancti Quintini, quod commune est monachis et principalis ecclesiae canonicis, quod perpetuo censu accensiverunt monachi contra canonicos unoquoque anno, in decem modiis tritici. Pertinet etiam ad idem cenobium omnis piscatio supe-
20 rior a Rouveroi (5) et a Harli, in longitudine et latitudine, usque ad pontem ejusdem Insulae, cum districto toto; inferior quoque omnis ab eodem ponte usque ad molendina de Rove-

a. Wace, *dans la bulle de Paschal II;* Wacres, *dans l'acte de 1165 ci-après.*

---

25 (1) Lapscheure, arrondissement et canton de Bruges.

(2) Moerkerke, arrondissement et canton de Bruges.

(3) Gilliots-Van Severen, *Coutumes du bourg de Bruges*, t. I, pp. 167, 231 et 327, signale une cour de Waes à Cortemarc, une autre à Lichtervelde, et une troisième à Leffinghe.

30 (4) Canali, moulin à Saint-Quentin.

(5) Rouvroy, arrondissement et canton de Saint-Quentin.

1140 court (1), cum toto similiter districto, excepta ea aqua quae dicitur *biez*, quae fuit inter molendinum de Canali et aliud molendinum quod vocatur Grounart (2). Item omnis Novavilla (3), cum districto toto, et ei adjacens silva quae dicitur Lucosa Vallis (4); villa etiam omnis pene de Regni (5), scilicet ad viginti quinque hospites, qui singulatim divisi hospitantur super decem curtilia, cum certo redditu et districto toto, et multae terrae arabiles eidem adjacentes; aqua etiam
fol. 9 r° tota a confinio terrae sanctae ‖ Benedictae (6) usque ad retentionem aquae super vadum, et duo prata, quae omnia ita libere possidet ut in viis et extra vias itineris, aquis, pratis, totum habeat districtum. Ad Baienpont (7), eurtilia et terra arabilis et unum pratum cum districto. Super Iseram, juxta Ribodimontem (8), quatuor prata ad territorium de Rigni pertinentia cum districto. Ad Tasini (9), curtilia, et terra arabilis et tria prata. Dimidium Villarem Siccum (10) in hospitibus, curtilibus, terra arabili et silvis cum toto districto. Villa omnis de Bertegnicourt (11), cum terris, pratis, aqua, molendino et

---

(1) Rocourt, à Saint-Quentin.

(2) Gronart, moulin à Saint-Quentin.

(3) Neuville-Saint-Amand. Voir plus haut.

(4) Lorival, à Neuville-Saint-Amand.

(5) Regny. Voir plus haut.

(6) Origny-Sainte-Benoite, arrondissement de Saint-Quentin, canton de Ribemont.

(7) Bayempont, à Regny.

(8) Ribemont, canton de ce nom, arrondissement de Saint-Quentin.

(9) Tassigny, à Ribemont.

(10) Villers-le-Sec, arrondissement de Saint-Quentin, canton de Ribemont.

(11) Berthenicourt, arrondissement de Saint-Quentin, canton de Moy.

districto toto. Ad Moy (1), ad Aunott (2), ad Cauvini (3), 1110
super Iseram, ad Clastres (4), ad Aissegni (5), ad Sorbi (6), curtilia plura et terrae arabiles. Super Somenam, Juciacus (7) totus cum terris, molendino, aqua, silva cum districto. Ad
5 Roisest (8), ad Pontrule (9), ad Brouecort (10), plura curtilia et terrae arabiles, et silva ad Montegni (11); quarta pars ejusdem villae cum terris et silvis, quae pars suum ceterarumve partium totum tenet districtum. Ad Fuilaines (12), unum curtile et unus mansus de terra arabili, et decima sexta pars de alodiis
10 totius villae ad Aldigneis (13); quarta pars ejusdem villae cum

---

(1) Moy, canton de ce nom, arrondissement de Saint-Quentin.

(2) Annois, arrondissement de Saint-Quentin, canton de Saint-Simon.

(3) Brissay-Choigny, arrondissement de Saint-Quentin, canton de
15 Moy.

(4) Clastres, arrondissement de Saint-Quentin, canton de Saint-Simon.

(5) Essigny-le-Grand, arrondissement de Saint-Quentin, canton de Moy.

20 (6) Sorbi à Urvillers, arrondissement de Saint-Quentin, canton de Moy.

(7) Jussy, arrondissement de Saint-Quentin, canton de Saint-Simon.

(8) Roisel, canton de ce nom, arrondissement de Péronne (Somme).

25 (9) Pontruet, arrondissement de Saint-Quentin, canton de Vermand (Aisne).

(10) Brocourt, arrondissement d'Amiens, canton d'Hornoy (Somme).

(11) Montigny, arrondissement d'Amiens, canton de Villers-
30 Bocage (Somme).

(12) Fieulaine, arrondissement et canton de Saint-Quentin (Aisne).

(13) Andigny, dépendance de Vaux-Audigny, arrondissement de Vervins, canton de Wassigny.

1110 terris et silvis. In pago Laudunensi, ad Asci (1) et ad Montals (2), curtilia et terrae arabiles, prata et silva. In pago Porciensi (3), villa cum ecclesia de Martinmont (4), et terra arabilis, et prata, et piscatio. Ad Dignicurt (5) in Santers (6), curtilia et terra arabilis cum familia servorum et ancillarum. In pago
